



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

HEI

1012

J. L. C.

1855



1502.

RICHARDI ZOVCHEI, J. C.
ELEMENTA
JURISPRUDENTIÆ,
DEFINITIONIBUS,
Regulis & Sententiis selectioribus
Juris Civilis, Illustrata;
ACCESSERVNT,
DESCRIPTIONES
JURIS & JUDICII,
SACRI; MILITARIS,
ET
MARITIMI.



LVGD. BATAVORVM,
Apud Johannem & Danielem
Elsevirios, Proprietarios & LITHO.
LONDINI



*Clarissimo Consultissimoque
Viro,*

RICHARDO ZOUCHEO,

J. C. Juris Civilis in celeberrima Oxoniensi Academia Professori, &
Senatus rerum Maritimarum
Judici gravissimo.

Quæ tua sunt, & merito,
ac pro voto omnium,
publica fieri debebant ac omnium, typis nostris descripta, tandem tibi reddimus grati ac offerimus, Vir Consultissime. Nolinus autem existimes, maxima tuarum laudum præconia hac epistolâ ad te perscribi. Multo enim majora sunt, quæ humanitatis omnes studiosi, omnes divinarum
* ruin

EPISTOLA.

rum humanarumque rerum hic consulti in animis suis ex inspectis perlectisque elegantissimis doctissimisque his scriptis tuis taciti concipiunt, aut, cum in coetu sunt, de te certatim pronunciant. Uno quippe ore eodemque iudicio omnes omnia magna dicunt; singularem & exquisitam diffusamque eruditionem tuam predicant, extollunt, admirantur. Et profecto hæc vera certissimaque de doctrina præclarisque virtutibus tuis testimonia sunt, in quibus nulla est placendi adulandive suspicio. Nos vero quod attinet, simul cum tuo hoc opere, non indiligenter, nisi fallimur, excuso, fidem tibi damus, nulli nos prorsus occasione defuturos, rerumque posthac & temporum plane omnes

DEDICATORIA.

Omnes articulos excussuros, donec tibi in similibus illustri ingenii monumentis, quæ adhuc premissis, neque premere debes, ex officinâ nostrâ promendis, quod solum possumus, pro studio erga nos tuo & animo tandem quoquo modo gratiam referamus. Vale, Vir amplissime. Lugd. Bat. cIo Io cLII. Febr. XII.

*Amplissimo nomini tuo
dicatissimi*

JOHANNES & DANIEL
ELSEVIRII.

PARS PRIMA.

SECT. I De Iurisprudencia.

2 De Iustitia.

3 De Iure naturali.

4 De Iure gentium.

5 De Iure Civili.

6 De Communione humana.

7 De Personis.

8 De Rebus.

9 De Actibus humanis.

10 De Observatione juris & Iudicii.

PARS SECUNDA.

SECT. I De Iure in genere.

2 De Iusta Personarum potestate
& de vita hominis.

3 De aetate hominis.

4 De valetudine hominis.

5 De iusta Rerum Conditione &
de Rei essentia.

6 De Rei Certitudine.

7 De

- 7 *De Rei valore.*
- 8 *De Iusto Actuum humanorum
Modo, & de Actus intentione.*
- 9 *De Actus executione.*
- 10 *De Actus Probitate.*

PARS TERTIA.

- SECT. I. *De Iure privato.*
- 2 *De jure status & de jure homi-
nis liberi.*
 - 3 *De Iure Civis.*
 - 4 *De Iure Patris-familias.*
 - 5 *De Iure Possessionis & de jure
Dominii.*
 - 6 *De Iure usus five servitatis.*
 - 7 *De Iure Patrimonii.*
 - 8 *De Iure Obligationis, & de
jure Contractus.*
 - 9 *De Iure delicti.*
 - 10 *De jure Officii.*

PARS QUARTA.

SECT. I *De Iurepublico.*

2 De

2. De Iure status publici, & de jure subditi.
3. De jure Magistratus.
4. De Iure Principis.
5. De Iure Possessionis publ. & de jure Rei publicae.
6. De Iure loci publici.
7. De Iure fisci sive Patrimonii publ.
8. De Iure Obligationis public. & de jure Conventionis publ.
9. De Iure Criminis sive Delicti publ.
10. De Iure Officii publ.

P A R S Q V I N T A.

- SECT. I. De Iudicio in genere.
2. De Personis judicialibus & de Partibus.
 3. De Assistentibus.
 4. De Iudicibus.
 5. De Rebus judicialibus & de duratione cause.
 6. De evidentia Cause.
 7. De-

- 7 De merito *Causa*.
- 8 De *Actibus judicialibus* & de
- *Conventione partium*.
- 9 De *disceptatione causa*.
- 10 De *decisione Litis*.

PARS SEXTA.

- SECT. I. De *Iudicio privato*.
- 2 De *Iudicio status*, & de *Iudicio Libertatis*.
 - 3 De *Iudicio Civitatis*.
 - 4 De *Iudicio Familia*.
 - 5 De *Iudicio Possessionis*, & de *Iudicio domini*.
 - 6 De *Iudicio usus sive servitutis*.
 - 7 De *Iudicio Patrimonii*.
 - 8 De *Iudicio Obligationis*, & de *Iudicio Contractus*.
 - 9 De *Iudicio delicti*.
 - 10 De *Iudicio Officii*.

PARS SEPTIMA.

SECT. I De *Iudicio publico*.

2 De

- 2 De Iudicio status publ. & de Iudicio subjectiois.
- 3 De Iudicio Magistratus sive Iurisdictionis.
- 4 De Iudicio principatus sive Majestatis.
- 5 De Iudicio possessionis publicae & de Iudicio Rei publ.
- 6 De Iudicio Locipubl.
- 7 De Iudicio fisci sive patrimonii publ.
- 8 De Iudicio Obligationis publicae & de Iudicio Conventionis publ.
- 9 De Iudicio Criminis sive Delicti publ.
- 10 De Iudicio Officii publici.



ELEMENTA
JURISPRUDENTIÆ.

PARS PRIMA.

SECT. I.

De Jurisprudencia.

Iurisprudencia est disciplina recte agendi in Communionem humana: cujus Finis, Subjectum, & Media sunt perpendenda. Iurisprudencia Finis est id ad quod dirigit, scilicet Iustitia. Iurisprudencia Subjectum id est in quo versatur, scilicet Communitio humana. Iurisprudencia Media, sunt per qua ad Finem suum perducit, nimirum, Iuris & Iudicii observatio.

Iurisprudencia, quæ & a Civilis Sapientia, & b Ars æqui & boni dicitur, c Rerum divinarum atque humanarum notitia, justis atque injustis scientia definitur. d Eius scientiam plurimi & maximi Viri professi sunt. Et e Quintus Mutius Servio Sulpitio cum de jure respondentem parum intellexisset, Turpe est, inquit, Patri-

a D. 50.
13. 1. 5.
b D. 1.
1. 1.
c l. 1. 1.
d D. 1.
2. 2. 35.
e D. 1. 2.
2. 43.

A. tri-

tritio, & Nobili, & causas oranti, jus in quo versatur, ignorare. De ejus Professoribus ita Imperator Fredericus; *f* Dignum, inquit, existimamus, ut cum omnes bona facientes nostram Laudem & protectionem mereantur, tum sacrarum legum professores, quorum scientiâ totus illuminatur mundus, & ad obedientiam Deo & nobis ejus ministris, vita subditorum informatur, quâdam speciali dilectione ab omni injuriâ defendamus.

f C. 4. 13.
Auth.
Habita.

SECT. II.

De Iustitia.

Iustitia est virtus recte agendi cum aliis: estque vel Commutativa, vel Distributiva. Iustitia Commutativa est qua in paria paribus, in Commercio, referendo consistit. Iustitia Distributiva est qua in Regimine, in equalia equalibus distribuendo exercetur. Vtriusque Iustitia Normæ sive Regula sunt Ius naturale, & Ius Gentium, & Ius Civile.

Cum Jurisprudencia sit disciplina practica, ejus finis primum ratio habenda est. Finis vero Jurisprudentiæ est a Justitia, quæ est constans & perpetua

D. I. I.
I.

tua voluntas jus suum cuique tribuendi. Et quatenus in Commercio versatur, Commutativa dicitur, & absque respectu personarum ad proportionem Arithmeticam dirigitur: quatenus in Regimine adhibetur, Distributiva appellatur, & pro differentiis hominum præmia, & pœnas secundum proportionem Geometricam constituit. Utraque à Jureconsulto in Jurisprudentiæ studio & officio continetur, ubi, *b* Justitiam, inquit, colimus, & boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione, efficere cupientes.

b D. 1. r.
1.

SECT. III.

De Iure Naturali.

Ius naturale est Norma recte agendi quam Natura tradit, & à naturali Affectione, & Ratione profluit. Naturalis Affectio est qua suggerit quid unumquodque expetit; Naturalis Ratio est qua ostendit quid cuique convenit.

PRima recte agendi regula est Ius Naturæ. A Naturâ autem sunt,
A 2 cùm

4 ELEMENTA

- cùm *συνεχῶς φυσικῶς*, id est Naturales affectus, tum, *κοινῶς ἔννοιας*, id est, Communes notitiæ quæ omnibus à naturâ sunt inditæ. Ius quod prioris generis est, etiam in brutis reperitur; unde definitur *a* Jus Naturale, quod natura omnia animalia docuit. A quo profluit, vitæ suæ defensio, maris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, & similia. Jus posterioris generis, omnium hominum est commune, *b* quod naturalis ratio inter omnes homines constituit; cujusmodi est, erga Deum religio; ut Patriæ & Parentibus pareamus; nemini injuriam facere. Et hoc Jus, primùm perfectum est; *c* *D. I. I.* nam *c* quod semper bonum est & æquum, id est Jus naturæ. Deinde, est *d* *I. I. 2.* immutabile; quod *d* naturalia Jura quæ apud omnes gentes peræque observantur divinâ quâdam providentiâ semper firma atque immutabilia permanent.

S E C T. - IV.

De Jure Gentium.

Jus Gentium est recte agendi Norma, qua Gen-

JURISPRVD. PARS I. §

Gentium, vel Hominum plerorumque iudicio comprobatur: Eaque vel Ratiocinatione, vel moribus introducta est. Ratiocinatio est qua per discursum rationis quid sit utile humano generi, excogitavit. Mores Gentium sunt qui, quid conveniens sit humano generi, Experimentiâ communi comprobantur.

Secunda Justitiæ Regula est Jus Gentium. Nam ultra ea quæ Natura præcipit, discursus & experientia communis multa, quæ ad bene vivendum conducunt, adinvenerunt. De hoc Jure Ulpianus: *a* Jus gentium, inquit, est quo gentes humanæ utuntur, quod propter utilitatem, & necessitatem introductum fuit. Nam *b* usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ jura quædam sibi constituerunt. Ita, ex hoc jure, Dominia sunt distincta, Commercia & obligationes institutæ.

*a D. I. I.
I. 4.*

*b I. I. 2.
2.*

SECT. V.

De Jure Civili.

Jus Civile est recte agendi norma, quam civilis auctoritas constituit: & cum Legge, tum Consuetudine continetur. Lex est Jus civile quod scriptis promulgatur. Consue-

tudo est Jus civile quod diuturno usu invaluit.

- T**ertia Justitiæ Regula est Jus civile; de quo Gaius : *a* quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium Civitatis est, vocaturque Jus Civile. Et *b* Jus civile neque in totum à naturali vel Gentium jure recedit, nec per omnia ei servit. Ejus ratio aliquando non apparet : quippe, *c* Non omnium quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. Aliquando valet etiam cum causa deficit quâ introductum fuit. Unde, *d* Non est novum ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo incipere non potuerunt. Generale vero est Jus Civile, & ad ea quæ communiter contingunt, ordinatum: *e* Jura generaliter non in singulas personas constituuntur; Et *f* Jura constitui oportet in his, quæ ut plurimum, non ex inopinato, accidunt: Nam *g* Quod semel aut bis existit, prætereunt Legislatores. Denique Civile jus est mutabile; cum *h* Ea Jura quæ quæque Civitas ipsa sibi constituit, sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi vel postea
- a* D. 1. 1. 9.
b D. 1. 1. 6.
c D. 1. 3. 20.
d D. 50. 17. 85.
e D. 1. 3. 8.
f D. 1. 3. 3.
g D. 1. 3. 6.
h l. 1. 2. 11.
- le-

lege lata. Nec tamen temere mutare oportet ; sed ; In rebus novis constituendis evidens utilitas esse debet , ut ab eo jure recedatur, quod diu æquum visum est.

Jus Civile aut Lex est, aut Consuetudo. *k* Lex est commune præceptum, virorum prudentum consultû, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis Reipubl. sponsio. Vel, *l* Lex est cui omnes obtemperare convenit, & ad cujus præscriptum omnes qui in Rep. sunt, vitam instituere debent. *m* Legis virtus est, imperare, vetare, permittere, punire. Sed *n* Leges futuris dant formam negociis, non ad facta præterita revocantur ; Consuetudo Jus est quod *o* usus approbavit. Nam diuturni mores consensu utentium approbati, Legem imitantur. Et tum præcipue valet, cum lex deficit. Nam *p* De quibus causis, scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet quod consuetudine introductum est. Consuetudinis vero initium debet esse rationabile. Quippe *q* Quod non ratione introductum est, sed errore primum, deinde Consuetudine ob-

i D. 1. 4.

2.

k D. 1.

3. 1.

l D. 1. 3.

2.

m D. 1. 3.

7.

n C. 1. 14.

7.

o I. 1. 2.

9.

p D. 1. 3.

32.

q D. 1. 3.

39.

tentum est, in aliis similibus non obtinet. Deinde Consuetudo debet esse antiqua : Scilicet, & Diuturna Consuetudo pro jure & lege in his quæ non ex scripto descendunt, observari solet. Denique firmissima est Consuetudo quæ in Judicio obtinuit. Unde

1 D. 1. 3.
33. se antiqua : Scilicet, & Diuturna Consuetudo pro jure & lege in his quæ non ex scripto descendunt, observari solet. Denique firmissima est Consuetudo quæ in Judicio obtinuit. Unde

1 D. 1. 3.
34. scum de Consuetudine consulere quis videtur, primum explorandum est, an in contradictorio judicio aliquando firmata sit. Nec solû pro lege est Consuetudo, sed & interpretatur legem; & Optima legum interpretis est Consuetudo : immo & legem abrogare solet ; ita, & Receptum est ut leges non solum suffragio Legislatoris; sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

1 D. 1. 3.
37. & Optima legum interpretis est Consuetudo : immo & legem abrogare solet ; ita, & Receptum est ut leges non solum suffragio Legislatoris; sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

1 D. 1. 3.
32. & Receptum est ut leges non solum suffragio Legislatoris; sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

Hæc de fine Jurisprudentiæ, Justitiâ scilicet ejusque Regulis, Jure naturali, Gentium, & Civili.

S E C T. VI.

De Communionem humana.

Communio humana est plurium personarum inter se de Rebus ad ipsas pertinentibus, negotiatio. Eaque vel Generalis : qualis est qua privati hominibus cum privatis, & qua subditis cum Principe vel Republica.

inter-

intercedit. Vel specialis: qualis est communio in certo aliquo Ordine, vel societate, & diversorum Principum vel Rerumpub. inter se. Qualibet vero Communio constat Personis, Rebus, & Actibus humanis.

Post Jurisprudentiæ Finem, Subjctum in quo versatur, est considerandum. Illud autem est Communio humana universa, quæ virtute Jurisprudentiæ sustinetur, quod primum cernitur in Communione privata, quæ circa res, & negotia singulorum inter privatos, sive ejusdem Principis subditos, occurrit. Deinde, in Communione publicâ, quæ circa res & munera publica inter subditos & Principes suos existit. Tum, in Communione speciali, quæ est inter eos qui jure aliquo speciali utuntur, utpote, Sacro, Militari, & Maritimo. Et denique in Communione generali, quæ inter diversos Principes & Respublicas per Legationes, Fœdera, & Bella exercetur. In qualibet vero Communione concurrunt, personæ, res, & actus humani: unde, *a D. 1.5.* ^{1.} Omne Jus vel ad Personas, vel ad Res, vel ad Actiones pertinet.

De Personis.

Persona sunt Homines, scilicet viri & mulieres, cum Singuli, tum in Corpus aliquod collecti. Persona singula sunt viri & mulieres prout scorsim subsistunt. Persona in Corpus aliquod collecta, sunt homines plures qui quasi in unum conveniunt, utpote in Collegium vel Universitatem congregati.

IN Communione primo occurrunt personæ, quæ agunt in se, id est viri & mulieres, qui hominis appellatione continentur. Nam *a* Hominis appellatione tam fœminam quam masculum contineri non dubitatur. *b* Hermaphroditus, vero ejus sexus est æstimandus qui in eo prævalet. Atque hujusmodi sunt personæ naturales. Sed & Personæ civiles sive Corpora Politica sunt Collegia, Universitates, & similia. De quibus Iureconsultis *c* Collegia Romæ certa sunt. Et *d* Neratius Priscus existimat, tres facere Collegium. Ulpianus vero ait Universitatem etiam in uno conservari. *e* In Universitatibus, inquit, nihil refert utrum omnes iidem manent.

a D. 50.
16. 15.

b D. 1. 5.
10.

c D. 3. 4.
1.

d D. 50.
16. 85.

e D. 3. 4.
7.

JURISPRVD. PARS I. IT
neant, an pars maneat, vel omnes-
mutati sint: sed & si Universitas ad u-
num redit, Ius omnium in uno resi-
det, & stat nomen Universitatis.

SECT. VIII.

De Rebus.

*Res sunt quæ extra hominem existunt; cùm
Corporales, id est Res ipsa, sive Mobiles
sint, ut Equus, Argentum; sive Im-
mobiles, ut Res soli & Res solo coharen-
tes: tum Res Incorporales, id est rerum
Emolumenta. Quarum utriusque gene-
ris alia separata sunt, alia in universi-
tate posita. Res separata, sunt res singula,
& Rerum emolumenta seorsim habita.
Res in universitate posita, sunt Res plures
simul, aut rerum emolumenta aggrega-
ta.*

Secundo in Communione humanâ
Res adhibentur de quibus homi-
nes agunt, id est quæcunque extra ho-
minem sunt. Nomen enim Rei latissi-
me patet. a Rei appellatione & caus- a D. 50.
sæ, & jura continentur. In specie ve- 16. 23.
ro b Quædam res corporales sunt, b D. 1. 8.
quædam incorporales. Corporales hæ 1.
sunt quæ tangi possunt, veluti fundus,
vestis. Incorporales sunt quæ tangi
non possunt, qualia sunt quæ in iure

8 D. 41.
3. 30.

consistunt, ut usus, usufructus, & similia. Et ad Res Aggregatas quod at-
tinet; *c* Tria sunt corporum genera, unum quod continetur uno spiritu, & Græcè *ἑνόμερον* id est unitum, vocatur, ut tignum, lapis; alterum est quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, quod *συνημμένον*, id est, connexum, vocatur, ut ædificium, navis: tertium, quod ex distantibus constat: Corpora plura scilicet uni nomini subjecta (quæ Græcè *διεσπῶτα*) veluti Grex, armentum. Ita etiam *d* Bonorum appellatio universitatem & non singulas res, demonstrat. Et *e* in Bonis nostris computantur non solum quæ dominii nostri sunt, sed & si quid est in Actionibus.

8 D. 50.
16. 208.

8 D. 50.
16. 49.

SECT. IX.

De Actibus humanis.

Actus humani sunt quæ ab hominibus aguntur vel fiunt: Verba scilicet quæ ore vel scriptis proferuntur, & Facta quæ quolibet alio gestu corporis explicantur. Cujusmodi etiam actus, vel proprii sunt, vel communes. Proprii sunt, qui singulos Homines auctores habent. Communes
qui.

qui à pluribus in unum collecti expediuntur.

Tertio in Communione humanã veniunt Actus qui à personis circa res aguntur, vel fiunt ; ut verba scilicet, & facta: Nam *a* Constat actum generale verbum esse, five verbis, five re quid agatur. E quibus verba sunt cogitationum indicia, unde intentioni convenire debent: *b* Nemo enim existimandus est dixisse quod non mente agitaverit, & etsi prior & potior est mens dicentis quam vox, *c* nemo tamen sine voce dixisse existimabitur. Aliquando vero signa verborum vim habent. Nam *d* Indubitabile signum nihil penè à nomine differt: cum *e* Nomina significandorum hominum gratiã reperta sint, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. Cum vero de verborum sensu dubitatur, ad communem usum est recurrendum; quod, *f* Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent. Et *g* Mores civitatis, & usus, rerum appellationes mutant.

a D. 50
16. 19.

b D. 33
10. 7. 20.

c D. 33
10. 7. 30.

d D. 28.
5. 9. 8.

e l. 2. 20.
29.

f D. 33
10. 7. ...

g D. 33
10. 7.

Facta (prout verbis opponuntur)
omnes alios actus complectuntur.

h Quip-

- h** D. 50. *h* Quippe, verbum facere, omnem
26. 218. omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi. Et quandoque facere videtur, qui omit-
i D. 50. tit. Ita *i* Facere oportere hanc signi-
26. 198. ficationem habet, ut abstineat quis ab eo quod contra conventionem fieret, & curaret ne fieret. Quandoque etiam quod non fit, pro facto habetur.
- k** D. 50. *k* In omnibus, scilicet, causis pro fa-
27. 39. cto accipitur id, in quo per alium fit: quo minus fiat. Sed & qui facit per alium, facere videtur per se; cum *l* no-
l C. 1. 17. stra facta sint, quibus autoritatem no-
28. stram impertimur. Sed & factum quandoque ei imputatur, qui consilium vel opem adhibet. *m* Consilium vero dare videtur, qui persuadet, & impellit, & consilio instruit. Opem fert, qui consilium atque adiutorium præbet.
- m** D. 47.
2. 50.

- Actus communis censetur, quod fit à pluribus: ita *n* Refertur ad universos, quod publice fit per majorē partem. Et *o* Quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint. Major autem pars est, cum duę partes trium interfunt. *p* Cum duę partes ordinis in urbe sunt, totius curiæ
- n** D. 50.
17. 161.
- o** D. 50.
1. 19.
- p** C. 10.
2. 45.

ria

riæ instar exhibent. Et q Ordo non q D. 96.
 aliter habetur, quam duabus partibus 9. 30.
 adhibitis. Sed & communitas vices
 omnium, uni delegare potest. Quod
 ¶ Parvi refert utrum ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. r. D. 3. 40.
6.

Atque hæc de Subjecto Iurisprudentiæ, scilicet Communione humanâ ; quæ personis, rebus, & actibus humanis constat.

S E C T. X.

De observatione Iuris, & Iudicii:

Iuris & Iudicii observatio est eorum qua ad justitiam conducunt, Disquisitio, & Applicatio, nimirum, Observatio Iuris est, ejus quod justum est in personis, rebus, & actibus humanis, contemplatio; qua homines ad recte agendum volentes diriguntur. Iudicii observatio est ejus quod justum est in Personis, Rebus, & Actibus humanis Executio, per quam etiam invitati ad recte agendum compelluntur. Utraque cum Ius, tum Iudicium, primum in Genere, deinde prout in Species diffunduntur, sunt consideranda.

Iurisprudentiæ Fine, & Subjecto perspectis; ad ejus Media, quibus Einis in Subjectum inducitur, est de-

DE ELEM. JURIS P. PARS I.

veniendum. Hæc autem sunt Juris & Iudicii observatio. Nam, cum Iustitia quâ in rebus humanis æqualitas conservatur, Jurisprudentiæ Finis constitutus sit, medium quo id obtineri potest, inquit *Wessenbecius*, est, Ius nosse, & quid quâque in re justum, injustum, æquale, inæquale sit, ratione & studio exquirere: Idemque exquisitum atque cognitum, scienter reddere, & in usum fori publicum educere, ac omnibus rerum humanarum actionibus, cum publicis, tum privatis, recte atque æquabiliter accommodare.

Ad D.
1. n. 2.

Hucusque de Jurisprudentiæ Fine, Subjecto, & Mediis, in genere..

PARS

PARS SECUNDA.

SECT. I.

De Iure in genere.

Ius est potentia alicuius Boni Iustitiæ regulis consentanea. Quod observandum ut Acquiratur, & Retinetur; Item, ut Alienatur, & Amittitur. Ius Acquiratur; cum quis illud quod antea non habuit, habere incipit. Ius retinetur, cum quis id quod habuit, habere pergit. Ius alienatur, quod in alium transfertur. Ius amittitur, cum quædam eius causa fuit, esse desinit. Atque ad hac facit Iusta Personarum Potestas, Rerum Condicio, & iustus Actuum humanorum Modus.

Ius est Iustitiæ regula: Sed & Ius etiam dicitur Rectum, vel quod huic Regulæ est conforme. Cujus aliquis gradus est, quod sit licitum, id est, Iure expresse permissum, vel saltem non prohibitum. Ita enim *a* Licitum intelligitur, non solum si leges permittant, sed si leges non prohibeant. Ulterior gradus est, quod sit honestum, id est, quod à jure comprobetur. Quippe *b* Non omne quod licet, honestum est. Juris hujusmodi cum Acquirendi & Retinendi, tum
Alic-

a D. 4. §.
28. 2.

b D. 50.
17. 144.

- Alienandi & Amittendi, ratio habenda est. Nam *c* Totum Jus consistit in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cujusque fiat, aut quemadmodum alienet vel amittat. Et primo, licet unicuique quod sibi utile sit, acquirere. Quia
- d* *D.* 39. *d* Potest unusquisque sibi prodesse, dum alteri non nocet. Deinde licet
- e* *D.* 50. *e* jure suo uti, & tueri, unde *e* Non videtur dolo facere, qui utitur jure suo.
- f* *D.* 47. *f* Et *f* injuriam non facit, qui se tueri voluit. Quia *g* Quod quisque ob tutelam corporis sui fecit, jure fecisse existimandus est. Cum adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Sed & licet jure suo cedere.
- i* *C.* 1. 3. *i* Quia *i* Omnes licentiam habent his, quæ pro se indulta sunt, renunciare, Et
- k* *D.* 41. *k* in alium Transferre; quod *k* Nihil est tam conveniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini, rem suam in alium transferentis, ratam haberi.
- l* *D.* 50. *l* Sed *l* Nemo potest plus juris in alium transferre quam ipse habuit.
- m* *D.* 50. *m* Unde *m* qui in Jus alterius succedit,
- n* *D.* 50. *n* ejus jure uti debet. Denique in genere, *n* Quibus modis acquirimus, iisdem.

dem in contrarium amittimus. Nam
 o Omnia que jure contrahuntur, con-
 trario jure pereunt. Et p Nihil tam
 naturale est, quam eo genere quidque
 dissolvi, quo colligatum est. q Non
 videntur vero rem amittere, quibus
 Propria nunquam fuit. r Nec potest
 videri desisse habere, qui nunquam
 habuit.

o D. 50.
 17. 100.
 P D. 50.
 17. 35.
 q, D. 50.
 17. 83.
 r D. 50.
 17. 202.

SECT. II.

De Iusta Personarum Potestate, & de vita Hominis.

*Iusta Personarum Potestas est ex qua lus
 aliquod ipsis competit. Qualis est, Vita,
 Etas, & Valetudo. Vita est ex qua quis
 inter homines existit. Qua contingit ab
 Infusione Anima, & à Partu; Infusio
 Anima est, cum corpori in utero formato,
 Anima datur. Partus est, cum Infans in
 lucem editur. Vita Deficit in Abortivo,
 & in Mortuo. Abortivus est qui ad lu-
 cem vivus non pervenit. Mortuus est qui
 postquam in lucem prodiit, expiravit.*

IVS five Potentia Boni Justitiæ Re-
 gulis consentanea, personis com-
 petit; quod a Hominum causâ lus om-
 ne constitutum sit: sed non omni-
 bus æqualiter. Unde observanda est

a. D. 1. 5.
 2.

po-

potestas personæ ex quâ juris alicujus capax censetur; cujus gradus sunt, Vita, Ætas, & Valetudo.

- Vita est initium, & fundamentum omnis Juris, & proinde omnibus aliis charius & antiquius. Vnde *b* Non absurdum est, animas hominum quibuscunque rebus præferri. Et *c* Cujus famæ, eius vitæ multo magis parandum est. Sed & *d* ignoscitur ei qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit. Vita vero habetur primum ab Infusione Animæ: ex quo nimirum infans *ἔκγονοισυδρῶ*, vel effigiatus est, à quo tempore etiam in Jure, ejus habetur ratio. Nam *e* qui in utero sunt, in Jure civili, intelliguntur in rerum naturâ esse, cum de eorum commodo agitur. Deinde magis apparet à Partu, cum Infans in lucem prodit, quod ut plurimum contingit mense decimo. Sed, & *f* septimo mense nasci perfectum partum, receptum est propter autoritatem Hippocratis. Et ideo credendum est cum qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse. Et plures eodem partu edi possunt; Nam *g* Aristoteles scripsit quinque nasci posse;
- b* C. 1. 2.
21.
- c* D. 48.
5. 38. 9.
- d* D. 48.
21. 1.
- e* D. 1. 5.
26.
- f* D. 1. 5.
22.
- g* D. 46.
3. 30.

posse ; at certo ordine ; quippe *h* natura non patitur duos infantes simul de utero matris excedere : & proinde *i* Ter enixa videtur quæ ter geminos peperit. Deinde vita deficit in Abortivo, & in Mortuo. Abortio est cum Infans mortuus intempestive effertur, quod facit ut partus nullus habeatur ; cum *k* Qui mortui nascuntur , neque nati neque procreati videntur. Mors est, cum quis è vivis excessit , quâ *l* Jus omne extinguitur quod personæ cohæret.

h D. 1. 5.
15.

i D. 50.
16. 137.

k D. 50.
16. 129.

l D. 7. 436

SECT. III.

De Ætate Hominis.

Ætas est ex qua quis inter homines agit. Et contingit primum ab Adolescentia, deinde à Iuventute. Adolescentia est, cum quis ad pubertatem pervenit : Nimirum cum Mas annum decimum quartum, cum Femina duodecimum, complevit. Iuventus est, cum quis major est annis viginti quinque. Ætas vero desideratur in Pueris ; deficit in valde Senes. Puer est qui nondum ad Pubertatem pervenit. Valde Senex est qui est annis septuaginta major.

VIta Hominis cum ad justam Ætatem pervenit, majorem-potestatem

statem consequitur. Tunc enim non solum existit, sed etiam agere potest : Quod quodammodo à Pubertate, omnino à Juventute contingit. Et de

aC. 5. 60. Pubertate statutum est, quod, quem-
22. admodum Fœminæ post duodecem annos impletos pubescere judicantur, ita & Mares post excessum quatuordecem annorum, puberes existimantur. Cujus ætatis qui sunt, etiam Minores dicuntur, & potestatem agendi sed minus plenam, habent, quia

bD. 4. 4.
1.

b Hujus Ætatis fragile & infirmum est Judicium. Pubertati vero seu Adolescentiæ succedit Virilis Ætas seu Juventus ; postquam scilicet quis annum vigesimum quintum excessit, vel saltem diem postremum attigit.

cD. 40.
1. 1.

dD. 32.
1. 69.

Nam **c** Minor non est qui ultimi anni diem supremum agit. Et **d** Juvenis censetur qui adolescentis excessit ætatem quoad incipiat inter seniores numerari. Atque hæc perfecta habetur ætas quæ ad omnia sufficiat, quia

eD. 4. 4.
1.

e Post hoc tempus compleri virilem vigorem constat.

- Non eadem est Potestas Impuberum, & eorum qui propter Senectutem imbecilliores facti sunt. Nam
f Im

f Impuberes nullum negotium per se gerunt ; quia Impuberum nullum animi est iudicium. Multo minus Infantes ; cum *g* Infans & qui in fantiæ proximus est, non multum distat à Furioso , quia huiusmodi ætatis pupilli nullum intellectum habent. Sed & *h* Qui senio & corporis imbecillitate vexantur, multis negotiis impares evadunt ; à nonnullis abstinere debent qui annis septuaginta majores sunt. At *i* non videtur esse major annis septuaginta , qui adhuc agit annum septuagesimum.

f l. 2. 12
1.

g l. 3. 20
10.

h D. 58.
5. 1. 7.

i D. 50.
6. 3

SECT. IV.

De Valetudine hominis.

Valetudo est ex qua quis inter Homines valide agit , & habetur in eo qui Mentis compos est , & Sanus corpore. Mentis compos est qui Intellectu & iudicio pollet. Sanus corpore cui membra solida sunt & integra. Deficit valetudo in eo qui Mente captus est , vel corpus invalidum habet. Mente captus est Demens qui semper opprimitur , & Furiosus qui corripitur Rabie. Corpus invalidum habet , qui vel vitio afficitur , quod est perpetuum corporis impedimentum ; vel laborat Morbo, qui est temporalis imbecillitas.

Non

- N**on sufficit aliquando ut quis iustâ sit ætate ad agendum, quod impediatur. Adversa valetudo propter quam negotiis interesse non potest. Itaque ultra ætatem requiritur recta Valetudo; & præcipue Valetudo Mentis, cui obstat Dementia & Furor.
- a** I. 1. 25. 7. Demens vero est mentis errore ductus, eâ captus non usquequaque.
- b** 3. *Tusc. quæst.* **c** D. 1. 18. 14. **c** Furiosus est qui omni intellectu caret. Et **d** Furiosus nihil utiliter agit nisi tempore dilucidi Intervalli. Nam **e** aliis hominibus continuum furoris infortunium accidit; alios furoris morbus non sine laxamento aggreditur, sed in quibusdam temporibus quædam iis intermissio pervenit. Et in hoc ipso multa est differentia, ut quibusdam breves induciæ, aliis majores inducantur. Valetudini Corporis obstat Morbus & Vitium. E quibus **f** Morbus est, temporalis corporis imbecillitas: Vitium est perpetuum corporis impedimentum. Vel **g** Morbus est habitus corporis contra naturam, qui usum ejus facit deterio-rem, cujus causâ natura nobis ejus sanitatem dedit. Vitium est, ut, si quis
- f** D. 50. 16. 101. **g** D. 21. 1. 1. 70.

si quis balbus sit. Et *h* Morbus son- h D. 50.
ticus est qui cuique rei nocet. 16. 113.

Atque hæc, de iusta personarum
potestate, cuius in genere gradus sunt,
Vita, Ætas, & Valetudo.

SECT. V.

*De iusta Rerum conditione, & de
Rei Essentia.*

*Iusta Rerum conditio est, ex qua Iuri ali-
cui subijci possunt. Cuiusmodi est Rei Es-
sencia, Certitudo, & Valor. Essentia est
qua quid in Rerum natura habetur. Et
continget in eo quod possibile est, aut
Præsens. Possibile est quod fieri potest, vel
futurum speratur. Præsens est quod iam
extat vel existit. Essentia vero desidra-
tur in eo quod Impossibile est, vel Præ-
teritum. Impossibile est quod evenire vel
fieri nequit, sive quod Absurdum est, à
quo Natura abhorret, sive quod Turpe
sit, quod Iura non admittunt. Præteri-
tum est vel extinctum, quod esse desit, vel
cessavit ulterius fieri.*

Sicut in Personis iusta requiritur
Potestas, ut juris alicujus capaces
sint, ita in Rebus iusta conditio exi-
gitur ut iuri alicui subijciantur. Et ad
hoc primo iusta rei conditio est, ut
Actu vel saltem Potentiâ existat. Nam

B

a Ni-

- a** D. 50. **a** Nihil peti potest ante id tempus quo
 17. 186. per rerum naturam præstari potest, at
 deberi potest etiam quod futurum
 est. Unde in Jure ratio habetur etiam
b D. 42. de iis qui *b* spem commodi habent.
 4. 11. Et *c* Non solum fructus futuri recte
c D. 18. emuntur, sed & spei Emptio est, &
 1. 8. quasi Alea emitur, cum captus piscium
 vel avium emitur. Alia autem est ra-
 tio eorum quæ prorsus Impossibilia
 sunt, aut Præterita. Nam ad hæc Jus
d D. 50. competere non potest. Ita, *d* Ea quæ
 17. 135. dari impossibilia sunt, vel quæ in re-
 rum natura non sunt, pro non adje-
e D. 50. ctis habentur. Et *e* Quod nullius ef-
 17. 182. se potest, id ut alicujus fiat, nulla obli-
 gatio valet efficere. Quibus æquipa-
 rantur quæ de Jure fieri nequeunt.
 Nam *f* Ubi de jure quid impleri non
f D. 45. potest, perinde est ac si quod natura
 1. 137. 6. impossibile est, insertum esset. Et ge-
g D. 28. neraliter, *g* Quæ facta lædunt pieta-
 7. 15. tem, existimationem, aut verecun-
 diam nostram, aut contra bonos mo-
 res sunt, hæc nec nos facere posse cre-
 dendum est. Postremo ad id quod
 præteritum est vel extinctum, Jus et-
h D. 45. iam extinguitur. Unde *h* Ei qui num-
 1. 37. mos qui in arca sunt, supulatus est, si
 sine

sine culpa promissoris perierint, nihil debetur. Et, *i* Si quis domum emit i D. 18. r. quæ combusta est, nihil vānit. Res 57. vero extincta est quæ vel omnino interit, vel cujus forma extinguitur. Nam *k* Mutata rei forma prope interimit substantiam rei. Manente vero eadem formâ etiam mutatis partibus res eadem manere videtur. Ita *l* Legio eadem est ex quâ multi discesserunt, quorum in loco alii suffecti sunt. Et Navis, etsi adeo sæpe refecta est, ut nulla Tabula maneat quæ nova non sit, eadem manet. Quod cujus rei species eadem consistit, res eadem quoque existimanda est.

k. D. 10.
4. 9.

l D. 5. r.
76.

SECT. VI.

De Rei Certitudine.

Certitudo est ex qua de re aliqua inter Homines constat. Et habetur in eo quod Definitum est & Distinctum. Definitum est quod propria forma aut certa quantitate determinatur: Distinctum est quod ab aliis divisum & discretum. Certitudo desideratur in eo quod Vagum est aut Varium. Vagum est quod nimis generale est: Varium est quod in rebus diversis simul coniungit, vel aliter se habere potest.

Secundo, ut res juri subjiciantur, requiritur, ut certæ sint, adeo ut sensu & Intellectu Hominum percipiantur, quia Idem est non apparere & non esse. *a* Certum vero est cujus *a D. 12. s. 16.* Species vel Quantitas aut nomine suo, aut ea demonstratione quæ vice nominis fungitur, qualis, quantaque sit, *b D. 45. s. 74.* ostenditur, atqui *b* Ubi non apparet, quid, quale, quantumve est in stipulatione, incerta est stipulatio, ut si quis fundum sine propria appellatione, aut vinum, frumentumve dari stipuletur. Ad ea quæ sunt prioris generis, jus competere potest, non ad ea quæ sunt posterioris, ita *c* Locus certus ex fundo possideri, & per longam possessionem capi potest, incerta autem pars nec capi nec tradi potest. Nam qui ignorat, nec tradere nec accipere id quod certum est, potest, & *d* imperfecta est stipulatio, si quis quod pondere, numero, mensura continetur, sine adjectione ponderis, numeri, mensuræ, stipulatus sit, vel insulam ædificari non demonstrato loco, vel fundum dari non adjecto nomine. Idem est si quid nimium generali nomine

mine denotetur : unde *e* in tradendis *e* D. 8.4.
 unis ædibus , ab eo qui binas habet , 7.^o
 species servitutis exprimenda est , ne
 si generaliter servire dictum sit, nihil
 valeat, quia incertum est quæ servitus
 accepta sit, unde etiam *f* in toto Ju- *f* D. 50.
 re Generi per speciem derogatur , & 17. 80.
 illud potissimum habetur quod ad
 speciem directum sit. Denique nec
 in eo quod varium est aut dubium ,
 jus constitui potest, ut si quis res plu-
 res habeat ejusdem generis , & unam
 legaverit , nihil valet , quia *g* diver- *g* D. 49.
 sitas rerum obscurum facit legatum. 14. 40.

SECT. VII.

De Rei Valore.

*Valor rei est ex quo quid inter homines utilis
 censetur, & contingit primum ex rei pra-
 stantia, deinde ab aestimatione hominum.
 Rei praestantia est quatenus habenti pro-
 deest, cum ad commodum spectat, vel pla-
 cet, cum ad Delicias refertur, vel interest,
 cum sine Incommodo desiderari non potest.
 Aestimatio hominum est quanti digna
 res videtur, ut pretio sive pecunia compen-
 setur. Valor deficit in eo quod Vanum est,
 aut Vile. Vanum est quod nullius usus
 est, aut nihil refert. Vile est quod nihili,
 aut parvi penditur.*

- T**ertio, ut res Iuri subjiciantur, alicujus usus & valoris esse debent.
- a D. 45. 1** Nam *a* De his rebus recte negotium
83. gerimus, quæ subjici usibus nostris
 possunt: & primo Res valorem ha-
 bent à necessitate, utilitate, & volupta-
b D. 50. te. *b* Necessaria res est sine qua res alia
17. 76. peritura, aut deterior futura est; utilis
 est quæ rem meliorem facit, deterio-
 rem esse non sinit; voluptuaria est quæ
 speciem ornat, non etiam fructum
 auget. Deinde ratio habetur etiam ejus
 quod interest, Lucri scilicet cessantis,
 aut Damni emergentis. *c* Quod aut cō-
c D. 9. 2. sequi potuimus, aut erogare cogimur,
33. quod a personis, locis, & temporibus
 pendet, unde *d* Quatenus cuiusque
d D. 50. interfit, in factō, non in Iure consistit.
17. 24. Denique res æstimationem habet ab
 opinione hominum, communi scili-
e D. 9. 2. cet, non singulari, nam *e* pretia rerum
33. non ex affectione, nec utilitate singu-
 lorum, sed communiter funguntur.
- f D. 36.** Et *f* Res tanti valet, quanti vendi po-
1. 1. 16. test. Atque hujusmodi Res sunt quæ
 in jure respiciuntur, non quod inutile
 est, aut vile. Itaque *g* Irritum est le-
g D. 34. gatum si debitor venditori leget
3. 25. quod

JURISPRVD. PARS II. 31
 quod debere se fatetur, quia nulla utilitas est. Et *h* Quoties nec hominum h D. 8. 1.
 nec prædiorum servitutes sunt, quia 15.
 nihil vicinorum interest, non valent, veluti ne per fundum tuum Eas, sed nec ob modicam vel minimam rem jus semper competit. Ita *i* propter i D. 4. 1.
 minimam rem vel summam non auditur is, qui in integrum restitui petit, & in judicio de impensis in rem dotalem factis, *k* In ædificandis ædibus, & in reponendis, propagandisque vineis modicas impensas arbiter curare non debet. 4.
k D. 25. 1. 12.

Hujusmodi sunt conditiones rerum quæ requiruntur ut res juri subjiciantur.

SECT. VIII.

De justo Actuum humanorum Modo, & de Actus Intensione.

Iustus Actuum humanorum modus est, ex quo aliquem juris effectum pariunt, ad quod requiritur Intentio, Executio, & Robor. Intentio Actus est Mens, & propositum agentis, & habetur in iu, qua consulto & sponte fiunt. Consulto fiunt qua a Sciente & cogitato aguntur: Sponte qua Consensu & voluntate libera. Intentio vero desideratur in eo quod Temere, vel

*Coacte agitur. Temere agitur quod Casu
aut per Errorem agi continet: Coacte,
quod vi, vel Metu extorquetur.*

- U**Ltrapotestatem personarum, & conditionem rerum observandus est modus Actuum, quibus jus inducitur, in quibus Primo requiritur Agentis intentio, quæ ab Intellectu, & Voluntate procedit. Intelligat enim oportet qui agit, ut actus ipsum afficiat, immo in plerisque plena & perfecta scientia exigitur; ita Jureconsultus *a* In toto omnia quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt, &
- b* Quod incaute fit, pro non factu est. Deinde voluntas & consensus est necessarius, nam *c* Ita denarium valet quod actum est, si in id consentitur, & voluntas debet esse libera, unde
- d* Velle non creditur qui obsequitur imperio Patris, vel Domini, & facultatem habere ad opposita, unde *e* Ejus est non velle qui potest velle. Voluntas vero non solum voce exprimitur, sed
- f* Quæ solo consensu constant, etiam per nuntium vel Epistolam contrahi possunt, immo aliquando ex silentio colligitur, ut *g* Qui tacet, consentire vide-
- a* D. 50. 17. 79.
b D. 28. 4. 1.
c D. 45. 1. 35.
d D. 50. 17. 4.
e D. 50. 17. 3.
D. 17. 1. 1.
g c. 43. r. 1. 60.

videtur, saltem non dissentire, cum
h Qui tacet, non utique fatetur, sed *h D. 50.*
 tamen verum est eum non negare. *17. 142.*
 Intentio vero deficit primum in eo
 quod Temere vel ex animi perturba-
 tione provenit, unde *i* Quicquid in *i D. 50.*
 calore Iracundiæ vel fit vel dicitur, *17. 48.*
 non prius ratum est, quam si perseve-
 rantia apparuit iudicium animi fuisse.
 Ita & in eo quod per errorem ad-
 mittitur. Nam *k* non videntur qui *k D. 50.*
 errant, consentire, unde in omnibus *17. 116.*
 negotiis contrahendis si error aliquis
 intervenit, nihil valet quod actum
 est. Quod intelligendum de Errore
 facti, nam *l* Error in jure non eodem *l D. 22.*
 loco quo facti ignorantia, haberi de- *6. 2.*
 bet, cum Jus finitum & possit esse, &
 debeat, facti interpretatio plerumque
 etiam prudentissimos fallat. Unde
n Regula Juris est, Ignorantiam ju- *n D. 12.*
 ris cuique nocere, facti vero igno- *6. 9.*
 rantiam non nocere. Tertio etiam
 quod per Casum contingit, nemini
 imputatur. Nam *o* quod fato con- *o D. 44.*
 tingit, cuivis etiam diligentissimo pa- *11.*
 trifamilias potest contingere. Et
p Fortuitos casus humanum consi- *p D. 05.*
 lium providere non potest. Quarto *8. 2. 37.*

B 5

de-

- deficit Consensus in eo quod per
g D. 40. Vim, aut Metum fit, quippe **g** Nihil
17. 116. consensui tam contrarium est, quam
r D. 4.2. Vis, & Metus; cum **r** Vis necessita-
1. tem imponit contrariam voluntati.
 Oportet autem vim esse majorem,
f D. 4.2. nam **f** Vis proprie est majoris rei im-
2. petus qui repelli non potest, & cum
t D. 4.2. de vi quaeritur, **t** Vim atrocem acci-
3. pimus, & eam quæ adversus bonos
 mores fiat. Similiter & Metus gra-
u D. 50. vior esse debet, quippe **u** Vani timo-
17. 184. ris nulla est excusatio. Et Jurecon-
x D. 4.2. sultus ait **x** Metum accipiendum
5. non quemlibet timorem sed majoris
y D. 4.2. malitatis; alius definit **y** Metum
16. non vani hominis, sed qui merito ca-
 dat in constantem virum. Deinde vio-
 lentia, & metui affinis est necessitas,
 neque enim quod per necessitatem fit
 vel omittitur, imputatur. Unde
z D. 4. 6. **z** Quoties quis ex necessitate, non ex
26. voluntate absuit, ei subvenitur, & suc-
 curritur ei qui tempestate aut vi flu-
a D. 11. minis prohibitus non venit. **a** Si quis
2. 6. tamen cum posset non incidere in
 tempestatem, vel vim fluminis, si op-
 portuno tempore profectus esset, ipse
 se arctaverit, non permittendum est
 ci

JURISPRVD. PARS II. 35
ei causari tempestatem, vel vim flu-
minis. Nam *b* Non negligentibus *b* D. 4.
subvenitur, sed necessitate rerum im- 6. 16.
peditis.

SECT. IX.

De Actus Executione.

Executio Actus est cum Intentio Agentis de facto expeditur: & contingit in Actu Perfecto & Absoluto. Perfectus est qui consummatus est (id est) ad finem perdu- citur, & qui Clarus est, id est, de quo pla- ne, & plene liquet. Absolutus est qui sim- pliciter & pure fit, nec post se aliud expe- ctat. Executio deficit in eo quod Imper- fectum est, aut in suspensio. Imperfectum est quod inchoatum est duntaxat, aut in Conatu subsidit, aut quod obscurum est, de quo non satis constat. In suspensio est quod à conditione pendet, & quod diem ex quo effectum sortiatur, adjectum habet.

Secundo, præter Intentionem A-
ctus, ut Justum effectum sortiatur,
requiritur executio. Imperfectus e-
nim haud perfecte operatur. Ita cum
posteriore testamēto rumpatur prius,
• Tabulæ priores jure factæ, non a l. 2. 17
fiunt irritæ, nisi sequentes perfectæ 7.
fuerint, nam imperfectum Testamen-
tum nullum est. Actus vero cum fa-

- cto aut verbis constet, ita demum perfectus est, si quod factum constet consummatum, si quod verbis clarum sit; ita ad factum quod attinet *b*,
b D. 35. 2. 80. Theatrum aut stadium fecisse non intelligitur, qui in propriam formam, quæ ex consummatione contingit, non dederit: & *c* Perfecisse ædificium is dicitur, qui ita consummavit ut jam in usu esse possit, & hujusmodi actus jus præcipuè respicit, ita *d* Opere locato significatur id opus quod Græci *Ἀποτέλεσμα* vocant, (id est) ex opere factum Corpus aliquod perfectum. Et *e* verba cum effectu sunt accipienda, unde cum Edicto Prætoris constitutum sit, Quod quisque juris in alterum inique statuerit, ut ipse Eodem utatur. Hæc verba (inquit
f D. 2.2. 1. Jureconsultus) *f* Quod statuerit, cum effectu accipimus, & ideo si cum vellet statuere, prohibitus esset, edictum cessat, nam verbum *statuit*, rem perfectam significat, & consummatam injuriam, non cœptam. Nec officit Conatus cum injuria nullum habuerit effectum.

In verbis, ut justum effectum consequantur, requiritur ut sint Clara, quip-

quippe quod obscurum est, Cujus sensus omnino non percipitur; Aut ambiguum, quod dubie, vel diversa significat, minime operatur. Ita *g* que in Testamento ita scripta sunt, ut intelligi non possunt, perinde sunt ac si scripta non essent, & *h* si Titius datus est tutor cum duo sint Titii, is datus est quem testator dare se sentit, si id non apparet, non jus deficit, sed probatio, unde neuter eorum tutor erit. Quod verum, quando vis orationis pendet à voluntate sola proferentis, alias cum refertur etiam ad Intellectum alterius acceptantis, quod obscurum vel ambiguum est, interpretationem admittit. Et tum, *i* Veteribus placuit; Pactionem obscuram vel ambiguum iis nocere, quorum in potestate fuit legem apertius conscribere, & *k* semper in obscuris, id quod minimum est, sequimur, nisi aliunde de mente disponentis constare possit, de qua aliquando ab affectione præsumitur, unde *l* quod factum est, cum in obscuro sit, ex cujusque affectione interpretationem capit, aliquando à verisimili, ita *m* in obscuris, inspici solet quod verisimilius,

g D. 50.

17. 73.

h D. 26.

2. 30.

i D. 2. 14.

39.

k D. 50.

17. 9.

l D. 50.

17. 168.

m D. 50.

1. 17. 214

lius, aut plerunque fieri solet, aliquando ex eo quod actum sustinet, unde

- n D. 34. n* Quoties ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur, magis valeat quam pereat; aliquando ex eo quod negotio magis convenit. Unde *o* Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipienda est, quæ rei gerendæ aptior est. Deinde, ut actus effectum sortiantur, multum interest utrum pure & absolute fiant, an in diem differantur, aut propter conditionem in suspenso sint, *p* Ubi pure quis stipulatus est, & cessit, & venit dies, id est, incipit deberi pecunia, & peti potest; ubi in diem stipulatur, cessit dies sed nondum venit; ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione. Quidam vero actus conditionem non admittunt, & proinde *q* Actus legitimi qui non accipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, hæreditatis aditio, in totum vitantur per temporis vel conditionis adjectionem, nec omnes conditiones admittuntur, utpote nec impossibiles, nec turpes quæ aliquando irritum
- fa-

faciunt actum, aliquando ipsæ sunt irritæ. Actum irritum faciunt, si ^{r D. 44. 7.} contractui sunt appositæ, nam, ^{31.} & Contractus impossibili conditione applicati nullius momenti sunt, quia in ea re quæ ex duorum pluriusve consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio in hujusmodi actu talis cogitatio est ut nihil agi existimet, apposita ea conditione quam sciunt esse impossibilem. Ipsæ irritæ sunt & pro non adjectis habentur si hæredum institutioni vel legatis apponantur, de ^{f D. 35. 1. 3.} quibus Jure-consultus. § Obtinuit Impossibiles Conditiones pro nullis habendas, & ^{r D. 28. 7. 14.} Conditions contra leges aut quæ legis vicem obtinent, vel quæ contra bonos mores, vel derisoriaræ sunt, pro non scriptis habentur. Et quandoque Impeditus videtur conditionem adimplesse, scilicet ^{u D. 35. 1. 24.} Jure civili receptum est, quoties per eum cujus interest conditionem impleri, sit quo minus impleatur, perinde habetur, ac si impleta conditio fuisset.

SECT.

SECT. X.

De Actus Probitate.

Actus probitas est in quantum firmus & bonus censetur, quod contingit cum recte & rite fit. Recte fit quod fit secundum Jus, & in quo qui bonam fidem & diligentiam adhibet. Bona fides est facere prout sibi rectum videtur. Diligentia est, ea qua in rebus suis homines providi utuntur, industria uti. Rite fit, cum quis sollemniter, id est eodem modo quo oportet; & opportune, id est debito loco & tempore facit. In Actu probitas desideratur, quum prave fit vel perperam. Prave fit quod contra Jus admittitur, & in quo qui mala fide, sive dolose versatur, id est contra id quod sibi rectum videtur, facit, aut negligentiam seu culpam committit, quam vir prudens & bonus non committeret. Perperam fit cum quo omisissis sollemnibus, nec prout oportet, facit, aut non observatu circumstantiis ubi non debuerit, aut intempestive agit.

Supremum est, in actu quo Jus acquiritur vel transfertur, ut consideretur quando firmus & probus habeatur. Et primo *a* dubium non est, omnia quæ consilio Recte geruntur, jure meritoque effectu & firmitate niti. *b* Ea vero quæ lege fieri prohiben-

a C. 5. 17

3.

b C. 1. 14

3.

bentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed etiam pro infectis sunt habenda. Quod semper obtinet cum lex aliquid irritum esse jubet. Aliquando Quod fieri non debet, factum valet, at licet irritum non sit, reprobatum tamen & est inutile, plerumque etiam damnosum. Etenim *d* moderator provinciae operam dare debet, ut quæ contra fas gesta sunt, calliditatis fructum non percipiant. Et idem est contra sententiam ac contra verba legis committere, quippe *e* Non est dubium in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem: nam *f* Fraus fit legi, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit. Secundo, firmum, & probum est quod fit bona fide. Improbatur autem quod fit mala fide, vel dolo. Ita Imperator, *g* Ratum non habetur, quod non bona fide gestum est, unde malæ fidei emptio irrita est. *h* Nec longi temporis præscriptio in malæ fidei contractibus locum habet. Quippe *i* quod vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. Nedum auctori prodest dolo

d C. 5. 2.
7. 3.

e C. 1. 24
5.

f D. 1. 3.
29, & 30.

g C. 4.
44. 1.

h C. 7. 22
6.

i D. 50.
17. 29.

dolus suus, qui præsumitur in eo qui
k D. 50. magistratui non paret. Nam *k* Non
17. 199. potest dolo carere qui imperio Magi-
l D. 50. stratus non paruit. Et è contra neces-
17. 167. sitas excusat à dolo. Unde *l* Non vi-
 detur dolo malo facere qui parere ne-
 cesse habet. Tertio, ut actus perfe-
 ctus habeatur, requiritur diligentia,
 culpa vero & negligentia omnino
m D. 11. improbantur, immo *m* Lata culpa
6. 1. dolo comparatur, & *n* Magna negli-
n D. 50. gentia, culpa, magna culpa dolus est.
16. 226. *o* Lata vero culpa est, non intelligere
o D. 50. quod omnes intelligunt. At *p* culpa
16. 223. abest, si omnia facta sunt quæ dili-
p D. 19. gentissimus quisq; observaturus fuif-
2. 25. set. Et *q* Culpâ caret qui scit, sed pro-
q D. 50. hibere non potest. Quod vero negli-
16. 50. gentia vel culpa admittitur, auctori in-
r D. 2. 15 damnum cedit; quia *r* Non debet
3. quis negligentiam suam ad alienam
f D. 50. injuriam referre. Et *s* Quod quis ex
17. 203. culpa sua damnum sentit, non intelli-
t D. 50. gitur sentire. Deinde *t* Imperitia
17. 132. culpæ annumeratur. Quia *u* Culpa
u D. 50. est immiscere se rei ad se non perti-
17. 39. nenti. Et *x* Infirmitas culpæ annu-
x D. 9. 2. meratur, cum affectare quisque non
8. debeat id in quo intelligit vel intelli-
 gere

gere debet infirmitatem suam alii periculofam fore.

Atque hæc ad intrinsecam actuum bonitatem requiruntur: ad extrinsecam, ut Rite fiant; non perperam. Ita, *y* Non quavis exhæredatio summovet filium à bonorum possessione, sed ea quæ rite facta est. Et *z* Nulla differentia est, non interveniat auctoritas Tutoris, an perperam adhibeatur. Et *a* Quoties vitiose cautum est, cautum non videtur. Et, ut Rite quid fiat, observandæ sunt Solennitates, & circumstantiæ requisitæ. Ita, cum necessaria Solennitas esset, Testamentum à Testibus subscribi & signari, *b* Non subscriptum aut non signatum testamentum pro infecto habetur. Et cum Scriptura fuit necessaria solennitas sententiæ: *c* Sententia quæ dicta fuit, cum scripta non sit, ne nomen quidem sententiæ habere meretur. Et tamen *d* Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, ubi æquitas evidens postulat, subveniendum est. Ad circumstantias refertur, Palam an Clam quid fiat. Ita *e* Hæredes palam nuncupandi sunt. Licet ergo testanti vel nuncupare hæredes, sed

y D. 37.
4. 8.

z D. 26.
8. 8.

a D. 2. 8.
6.

b C. 6. 23
2 r.

c C. 7. 44
3 s.

d D. 50.
17. 183.

e D. 28. 2.
2 l.

fC. 7. 45 sed si nuncupet, palam debet. Et f sen-
 6. tentia Prælidis irrita est, cum non pu-
 blice sed in secreto loco, officio ejus
 non præsentate, sententiam suam di-
 xit. Et in circumstantiis multum re-
 fert, quo Tempore quid factum sit.
 g D. 50. Nam g minus solvit qui tardius sol-
 16. 12. vit. Et b sua unicuique mora nocet.
 h D. 50. Et i Quamvis moræ difficilis est de-
 17. 173. finitio, cum sit Facti magis quam
 i D. 22. Juris, mora tamen fieri intelligitur, si
 x. 32. interpellatus opportuno loco non
 solverit.

PARS

P A R S III.

S E C T. I.

De Iure Privato.

Ius privatum est quod Personis singulis competit: Quod in Commodo & in Lucro ponitur. Commodum est utilitas qua Persona vel Rei ex natura sua cohæret. Lucrum est quod alicui ex facto suo vel alieno supervenit. Ius privatum deficit ex incommodo & Dispendio. Incommodum est Inutilitas vel Onus quod Personam vel Rem sequitur. Dispendium est utilitatis diminutio vel cessatio. Et Ius privatum ad statum, Possessionem, & Obligationem privatam refertur.

Ius in genere, in jus privatum & Publicum distribuitur. *a* Sunt enim quædam privatim, quædam publice utilia. Et definitur *b* Jus privatum, quod ad singulorum utilitatem spectat.

a D. 1. 1.

1. 2.

b D. 1. 1.

1. 2.

In quo primum censetur Commodum quod cuique innatum est & cohæret: cui incommodum sive Onus adversatur. De quibus regula est, secundum naturam est commodum cuiusque rei, eum sequi quem sequuntur incommoda; Et è contra. unde,

d ubi

c D. 50.

17. 10.

d l. 1. *d* ubi Emolumentum est, ibi & onus
17. 1. esse debet.

Deinde in jure Privato habetur Lu-
 crum, cui Damnum vel Dispendium
 opponitur. De quibus observatur,
e D. 23. quod *e* Bono & æquo non convenit,
3. 6. aut lucrari aliquem cum damno alte-
 rius, aut damnum sentire per alte-
 rius lucrum. Et *f* Jure naturæ æ-
 quum est, neminem cum alterius de-
 trimento & injuria fieri Locupletio-
f D. 50. rem. *g* Nec debet alteri per alterum
17. 206. iniqua conditio inferri. Quod *h* Na-
g D. 50. turalis & civilis ratio suadet, alienam
17. 74. conditionem meliorem quidem, et-
h D. 3. 5. iam ignorantis & inviti, nos facere
39. posse, deteriore non posse. Quod
 verum est de invito, hoc est, de eo
 qui non voluit, secus de invito qui
 noluit aut repugnat. Nam ejusmodi
i D. 50. *i* Invito beneficium non datur, prout
17. 69. volenti non fit Injuria: quod *k* Ne-
k D. 50. mo videtur fraudare eos qui sciunt &
17. 145. consentiunt. Sed & *l* Nemo dam-
l D. 50. num facit, nisi qui id facit, quod facere
17. 151. jus non habet. Unde, *m* qui cum
m D. 9. 2 aliter se tueri non possunt, damnum
45. dederint, innoxii sunt. Vim enim vi
 defendere omnes leges & omnia jura
 permittunt. S E C T.

SECT. II.

*De Iure Status & de Iure Homi-
nis liberi.*

*Ius status est potestas personis ipsis inhærens,
ex qua cum hominibus singulis agendi ca-
paces sunt.*

*Estque vel Liberi, vel Civis, vel Pa-
triusfamilias. Ius hominis liberi, sive Li-
bertas, est ex quo quis potestatem habet in
iure que sunt à Iure Gentium: & contin-
git à Natalibus, & à Manumissione. Na-
tales sunt, nascendi conditio ex parentibus
liberis. Manumissio est ex servitute libe-
ratio.*

*Libertas deficit in Servo qui ita natus
nondum servitute evasit, & in eo qui in
Libertate constitutus, ea excidit: ut qui se
in servitutem vendidit, vel manumissus
propter ingratitude in servitutem re-
vocatur.*

Quemadmodum ad Jus in gene-
re Potestas generalis requiritur;
ita ad jus privatum potestas privata,
quæ status vel caput dicitur.

Cujus gradus primus est *a* Liber- a D. 1. §
tas, quæ definitur, facultas ejus quod 4.
cuique facere libet, nisi si quid vi aut
jure prohibetur. De qua Jureconsul-
tus, *b* Libertas inæstimabilis res est. b D. 50.

Et 17.106

- c** D. 50. Et **c** Libertas omnibus rebus est
17. 121. favorabilior. Et primo, qui à Na-
talibus liber est, ingenuus dicitur. **d**
d I. 1. 4. Ingenuus, scilicet, est qui statim ut-
1. natus est, liber est. Secundo, **e** Li-
e D. 1. 5. bertini sunt qui ex justa servitute ma-
6. numissi sunt, qui Patronis obsequium
debent.

- Libertati vero Servitus adversatur,
quæ definitur, **f** Constitutio juris
f D. 1. 5. gentium, qua quis dominio alieno
4. contra naturam subjicitur. Cujus con-
ditionis homines multa agere non
possunt, quæ liberis permittuntur. Ita
g D. 60. Jureconsultus, **g** in omnibus officiis,
17. 175. quæ fieri per liberas personas leges
desiderant, servus intervenire non po-
h D. 4. 5. test. Imo. **h** Servile caput, nullum
3. Jus habet, & **i** Servitus morti fere
i D. 50. comparatur. Denique in Servitutum
17. 209. homines rediguntur maxima capitis
diminutione: quæ contingit (præ-
terquam Servitute pœnæ, quæ ad jus
Publicum spectat) **k** cum major vi-
k D. 1. 5. ginti-quinque annis ad precium par-
5. ticipandum se venire passus est. Vel
l I. 1. 16. cum **l** Libertus ut ingratus erga Pa-
1. tronum condemnatur. Nam **m** qui
m N. 78 libertatem meruerunt, servare de-
2. bent

bent iis qui ad talem honorem eos perduxerunt, obsequium & reverentiam recte Legibus introductam. Quin etiam abstinere debent aut manibus, aut Infidiis, aut aliis ex quibus Liberti tale aliquid agentes, rursus servitutem sustinent, & priori conditioni restituantur.

SECT. III.

De Iure Civis.

Jus Civis, sive Civitas, est, ex quo quis potestatem habet in se qua sunt Iuris civilis. Et contingit aut Origine, aut ab Allectione. Cives sunt Origine, qui parentibus Civibus nascuntur. Allectione, qui in numerum civium cooptantur. Deinde, Civitas deficit in peregrino, qualis est qui alibi natus jus Civis nondum adeptus est, & qui olim civis ad Peregrinitatem redigitur, ut cum qui in aliam civitatem se transfert, vel solum vertit.

POtestatem quam quis habet qua Liber, plenior est, quam quis habet qua Civis, nam Jus Civis, jus Liberi includit. Cives vero sunt qui Jus Patriæ habent, qui æquo jure cum aliis civibus vivunt. Et hunc statum obtinent, primo qui sunt Civibus oriun-

G

riun-

- a D. 50. riundi. Nam a qui ex duobus Cam-
 1. 1. panis, vel ex patre solum Campano
 b D. 50. natus est, Campanus est. Et b Filius
 1. 6. civitatem ex qua Paterejus Originem
 ducit, non Domicilium sequitur. Sed
 c D. 50. & c qui in continentibus urbis nati
 16. 147. sunt, Romæ nati intelliguntur. Et d
 d D. 50. qui ex vico ortus est, eam patriam ha-
 1. 30. bere intelligitur, cui Reip. vicus ille
 e C. 10. lectione fiunt. Nam e Cives Origo
 39. 7. & Allectio, Incolas domicilium facit.

Civitati opponitur status Peregrini. De quo Jureconsultus f quidam
 f D. 48. inquit, ἀπίλυδες sunt, hoc est, sine ci-
 19. 17. vitate, ita ut ea quæ juris gentium
 sunt, habeant, ea quidem quæ sunt ju-
 ris civilis non habeant. Cujusmodi est
 conditio eorum qui in aliena Rep. na-
 ti sunt, & qui in alienam se transfe-
 runt; Nam g Libera facultas est cui-
 que de sua civitate constituendi, in iis
 scilicet quæ ad commodum spectant;
 sed & eorum qui Civitatem suam de-
 serunt, etsi in aliam non transeunt: ut
 h D. 48. h qui Exilium voluntarium subeunt,
 19. 16. 8. vel i Exilii causa solum vertunt.

i Cic. pro
 Quint.

SECT.

SECT. IV.

De Iure Patriſfamilias.

Ius Patriſfamilias, vel Familia, eſt ex quo quis in omnibus qua à Iure Gentium vel Civilis descendunt, abſolutam poteſtatem habet, id eſt, Per ſe & Pro ſe poteſt agere. Et cernitur, primum in eo qui eſt ſui Iuru; deinde in eo qui alios habet in poteſtate. Sui Iuru eſt Paterfamilias pene quem eſt ſui, & rerum ſuarum arbitrium; Alios in Poteſtate habet Paterfamilias, cuſ ex matrimonio uxor, ex Paternitate liberi ſubjiciuntur.

Denique Ius familia deſicit omnino in Filiofamilias, quadantenus in Minore. Filiuſfamilias eſt, qui in poteſtate Patris pro quo agit, detinetur, donec Emancipatione, vel Morte Patris liberatur. Minor eſt, qui ſub autoritate Tutoris, vel Curatoruſ per quem agit, conſtituitur. E quibus Tutor vel ex Voluntate Patris quem ſtatuerit, vel ex diſpoſitione Legis Agnatus proximus, vel arbitrio Magiſtratus quiſvis idoneuſ uſque ad Pubertatem præſicitur; Curator poſtea uſque ad perfectam ætatem à Pubere aſciſcitur; Dementi, & Prodigio etiam ulteriuſ aſſignatur.

Hominis liberi & Civis, completur, & excedit poteſtas Patriſfamilias, qui in rem ſuam omnia &

- absque alterius autoritate agere potest. *a* Familix vero appellatio refertur ad Corpus, quod Jure communi universæ cognationis, aut Jure proprio ipsorum continetur. Communi Jure familiam dicimus omnium agnatorum, qui ex eadem gente proditi sunt. Nam cum *b* Cognati sint omnes, qui ab eadem communi stirpe orti progenitive sunt, *c* Agnati sunt cognati per virilis sexûs personas conjuncti. *d* Jure proprio familiam dicimus plures personas qui sunt sub unius potestate, utputa Patremfamilias, Matremfamilias, filium familias, quique deinceps vicem eorum sequuntur. Sed & *e* Appellatione familiæ etiam Princeps familiæ continetur. Jus vero familiæ est potestas agendi ea quæ spectant ad familiam. Unde *f* Patres-familias sunt, qui sunt suæ potestatis. Et *g* Pater-familias est, qui in domo dominium habet: recteque hoc nomine appellatur, quamvis filium non habet, non enim solum persona ejus, sed & Jus demonstratur: Plenius vero Patrisfamilias Jus est, quando alios habet in potestate, quod contingit à Matrimonio, & Paternitate,

tate. *h* Matrimonium est viri & mulieris conjunctio individua[m] vitæ h l. 1. 9.
 consuetudinem continens, quod initiatur sponsalibus, perficitur nuptiis. i D. 23.
h Sponsalia vero sunt mentio & promissio futurarum nuptiarum. Nuptiæ i. r.
 sunt, solennis conjugii celebratio, in quibus, animorum potius quam corporum conjunctio respicitur, quia k D. 50.
 Nuptias non Concubitus, sed consensus facit. Et *l* Nuptiæ consistere non 17. 30.
 possunt, nisi consentiant omnes, id est l D. 23.
 qui coeunt, quorumque in potestate sunt. Et consensus eorum qui contrahunt, liber esse debet, nam m D. 45.
 honestum est vinculo pœnæ matrimonia obstringi. Etenim *n* in contrahendis matrimoniis, naturale Jus & n D. 23.
 pudor inspiciendus est, & *o* Semper 2. 14.
 in conjunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed & quid o D. 50.
 honestum sit. Matrimonii vero effectus est ut uxor marito obsequium 17. 197.
 præstet, *p* quod est reverentiæ maritali debitum, quia *q* uxor marito officium debet. Paternitas est liberorum ex Justis nuptiis procreatio, ita p C. 5. 13.
 Imperator, *r* In potestate nostra sunt 1. 7.
 liberi, quos ex Justis nuptiis procreamus, q D. 38.
1. 48.
r l. 1. 9.

- f** D. 2. 4. *v*imus, & *f* Pater is est, quem nuptiæ
 5. demonstrant. Sed & lata significa-
t D. 50. tione & Filii appellatione omnes li-
 16. 84. beros intelligimus, & *u* liberorum
u D. 50. appellatione Nepotes & Pronepotes
 16. 220. cæterique qui ex his descendunt, con-
x D. 22. tinentur. Ex Paternitate *x* Filius pa-
 3. 8. tri pietatem debet, & *y* reverentia o-
y D. 2. 4. mnibus parentibus servanda est. Et *z*
 6. pietas parentibus, etsi inæqualis est
z D. 27. eorum potestas, æqua debetur; & è
 30. 4. contra, *a* Potestas patris debet in pieta-
a D. 48. te, non in atrocitate consistere. *b* *F*œmi-
 9. 5. narum vero liberi in earum familia non
b D. 50. sunt, quia qui nascuntur, patris, non ma-
 16. 196. tris, familiam sequuntur, unde dicitur
c D. 50. quod *c* Mulier familiæ suæ & caput
 16. 195. est & finis. Etsi autem *d* Cum legiti-
d D. 1. 5. timæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberi
 19. sequuntur, vulgo quæritur matrem
 sequitur. Jus familiæ primum deficit
 in filiofamilias qui pro patre agit o-
e l. 2. 9. mnia. Ita Imperator *e* Quicquid ac-
 1. quirat filius, acquirit patri, donec E-
 micipetur, vel morte patris liberetur.
f l. 1. 12. *f* Emancipare vero, est filium è pote-
 7. state dimittere, ad quod parentes co-
 gendi non sunt. Nam *g* liberi nullo
g l. 1. 12. modo possunt parentes cogere de po-
 10. testate-

testate sua eos dimittere. Deinde morte patris liberantur, quippe *h* cum patre familias moritur, quotquot Capita se*i* subiecta fuerint, singuli familias habere incipiunt. A filii familias conditione non multum distat qui autoritate Tutoris vel Curatoris, sine quo nihil agit, regitur. Impubes scilicet, minor, & furiosus. Et primum *s* Impuberem in tutela esse naturali Juri convenit, ut is qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela regatur. Unde *k* Pupillus nec velle nec nolle nisi apposita tutoris autoritate creditur. Et primo *l* permittum est parentibus liberis suis si in potestate sint testamento tutores dare. Deinde *m* intestato parente mortuo, agnatis defertur tutela, ut qui sperant successionem, iidem curent, ne bona dilapidentur. Tertio *n* si cui nullus omnino tutor fuerit, ei datur in urbe à Prætore urbano, in provinciis à Præsidibus provinciarum. Et *o* Magistratum oportet cum reliquis etiam mores tutorum creandorum investigare. Neque enim facultates, neque dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona Electio, & benigni mores.

h D. 50.
16. 195.

i l. 1. 20.
6.

k D. 50.
17. 189.

l D. 26.
2. 1.

m D. 26.
4. 6.

n D. 26.
6. 2.

o D. 26.
5. 21.

- P. D. 26.** *p* Maximè verò hæc observet magistratus, ne creet eos tutores qui seip-
5. 21. sos ingerunt, ut creentur. Sed ut pupillo tutor, ita adulto minori viginti quinque annis, volenti, & ei qui minus Judicio pollet, etiam majori & invito, Curator datur. Nam *q* illis qui in ea causa sunt, ut superesse suis rebus non possint, dare Curatorem magistratum oportet; Inter quos etiam prodigus censetur, Ita Imperator,
- Q. D. 28.** *r* Non est novum quosdam etsi mentis suæ ex sermonibus compotes esse videantur, tamen sic tractare bona ad se pertinentia, ut nisi ipsis subveniatur, deducantur in egestatem. Eligendus itaque est, qui eos consilio regat: Nam æquum est prospicere etiam iis, qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum. Atque hæc de Jure statûs privati.
- R. D. 26.** *r* Non est novum quosdam etsi mentis suæ ex sermonibus compotes esse videantur, tamen sic tractare bona ad se pertinentia, ut nisi ipsis subveniatur, deducantur in egestatem. Eligendus itaque est, qui eos consilio regat: Nam æquum est prospicere etiam iis, qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum. Atque hæc de Jure statûs privati.
- 5. 12.**

S E C T. V.

De Jure possessionis, & de Jure dominii.

Jus Possessionis est ex quo quis res in potestate habet, quæ ad Dominium, usum, vel Patrimonium pertinent. Jus Dominii est ex quo quis de rebus ipsis disponendi potest.

statem habet; qua Occupatione & Accessione acquiritur; Occupatio est rei quæ nullius est, apprehensio, veluti cùm Aucupio volucres, Venatione fera, Piscatione Pisces, Inventionem inanimata capiuntur. Accessio est cùm quid ex alicujus re provenit, vel Rei coheret. Ex Re alicujus provenit quod ex re illius confectum est, i:em animalium Fœtus, rerum inanimatarum Fructus: Rei alicujus coheret quod per Alluvionem fundo acquiritur, quod solo insitum, vel infixum, quod rei cuiuslibet insertum, vel intextum est. Dominium amittitur Donatione, & Cessione. Donatio est cum quid libere & aperte in alium confertur. Cessio est cum quis rem manifeste pro Derelicto habet, & alium statim acquirendi potestatem facit, vel omnino negligit, unde alius Usucapiendi, id est, ex diuturna possessione acquirendi occasio datur:

EXtra hominem ipsum Ius privatum in Rebus competit, quæ ab homine possidentur, id est, quas quis habet. *a* Habere autem dicimus *a* D. 45. eum, qui rei dominus est, & qui rei *1. 38.* quidem dominus non est, sed rem tenet, & *b* Possessio non tantum Corporis, sed & Iuris est, sed *c* Plures *b* D. 41. eandem rem in solidum possidere non *2. 49.* possunt. *d* Ex pluribus autem causis *c* D. 41. possidere eandem rem possumus. *d* D. 41. *2. 3. 40.*

C. 5.

Ne-

e D. 41. e Nemo tamen Possessionis causam
 2. 3. 18. sibiipſi mutare potest. Et f Is possi-
 f D. 41. det, cujus nomine possidetur; unde
 2. 18. g Aliud est possidere, Aliud in posses-
 g D. 41. sione esse. Deinde h Nulla possessio
 2. 10. h D. 41. acquiri nisi animo & corpore potest;
 2. 8. i Possessio vero animo solo retinetur,
 i D. 41. & k Possessio animo solo amitti po-
 2. 46. test, quamvis acquiri non potest, un-
 k D. 41. de l Possessio recedit ut quisque con-
 2. 3. 6. stituit se nolle possidere. Denique
 l D. 41. 2. m Pro possidente habetur, qui dolo
 17. defuit possidere, & n Bona fides tan-
 m D. 50. tum præstat possidenti, quantum ve-
 17. 130. ritas, quando Lex impedimento non
 n D. 50. est. In causis vero ex quibus posside-
 17. 136. tur, prima & potissima est causa Do-
 o D. 13. minii, ex qua res ipsa habetur. o Duo-
 6. 5. 15. rum vero in solidum, dominium esse
 p D. 41. non potest, & p Dominium non po-
 2. 3. 4. test nisi ex una causa contingere, unde
 q l. 2. 20. q Quod proprium est alicujus, am-
 10. plius ejus fieri non potest. Plures au-
 r D. 41. tem modi sunt quibus dominium ac-
 2. 1. quiritur, quorum primus est Occu-
 f D. 41. 1. patio, quia r Dominium rerum ex
 1. 3. naturali possessione cœpit. Etenim
 r D. 41. 1. f Quod nullius est, id occupari con-
 1. ceditur, unde s Omnia quæ terra,
 1. mari,

mari, cœlo, capiuntur, id est, feræ, bestia, volucres, & pisces, fiunt capientium. Item *n* omnia quæ in litore maris inveniuntur, fiunt inventoris, & *x* Thesaurus qui est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat, sit ejus qui invenerit, quod non alterius sit. Alius acquirendi Domini modus est Accessio, cum quid ex re nostra provenit, vel rei nostræ accrescit, ita *y* Meum est quod ex re mea superest, & *z* Nostra sunt quæ ex animalibus dominio nostro subjectis nata sunt, & *a* Naturali ratione placuit fructus, quos quis bona fide percepit, ejus esse pro cultura & cura. Hinc etiam, *b* Quod per Alluvionem agro nostro flumen adjicit, jure gentium nobis acquiritur, & *c* Alluvio est incrementum latens, & per Alluvionem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus quantum quoquo momento temporis adjicitur. Hinc denique *d* Omne quod solo inædificatur, solo cedit, & *e* Plantæ, quæ terræ coalescunt solo cedunt, & *f* Frumenta quæ sata sunt, solo cedere

u l. 2. r.
18.
x D. 4 r.
1. 3 l.

y D. 6. 1.
49.
z D. 41. 1.
6.

a l. 2. r.
35.

b D. 4 r.
1. 7.

c D. l. 2.
1. 2 r.

d D. 4 r.
1. 7. 10.

e D. 41.
1. 9.

f D. 4 r.
1. 9.

intelliguntur. Modi quibus amittitur vel transfertur Dominium (præter eos qui ad contractus pertinent) sunt Donatio, & Cessio; *g* Donari videtur quod nullo jure cogente conceditur. Donatio vero ex sola traditione non procedit. Quia *h* Nunquam nuda traditio transfert rei dominium; Sed *i* Cùm res est apud alium, sufficit nuda voluntas ad transferendum; Et *k* Quoties dominium transfertur ad alium; tale transfertur, quale fuit apud eum qui tradit. Vnde, *l* Dominium transferre non potest qui ipse dominus non est, *m* Cui vero jus est donandi, eidem & vendendi jus est, & *n* Qui donare non potest, non potest donationis causa consentire. Cessio est, primum cum quis rei Dominio cedit, vel rem pro derelicto habet. *o* Pro derelicto autem habetur quod dominus ea mente abjecit, ut id in numero rerum suarum esse non sit, & *p* Si rem pro derelicta habitam quis occupaverit, statim dominus efficitur. Deinde cedi videtur, quod neglectum usucapienti permittitur, Est enim *q* Usucapio adjectio domini per continuationem possessionis

tem.

JURISPRVD. PARS III. 61
 temporis lege definiti, & r Res mo- r l. 2. 6.
 biles triennio, Immobiles longi tem- 1.
 poris possessione ab iis qui bona fide f l. 2. 6. r.
 acceperunt, usucapiuntur, s Longum
 autem tempus inter præsentés decen-
 nio, inter absentes, viginti annis de-
 finitur. Et t Bono publico introdu- t l. 2. 6.
 cta est usucapio, ne quarundam re- 1.
 rum diu, & fere semper incerta do-
 minia essent, cum sufficiat dominis
 ad inquirendas res suas statuti tempo-
 ris spatium. u Rem vero suam non u D. 50.
 alienat, qui duntaxat amittit posses- 17. 119.
 sionem.

S E C T. VI.

De Iure usus sive servitutis.

*Ius Usus sive Servitutis est potestas re aliena
 utendi; & vel Personalis est, qua Per-
 sona debetur, ut Ususfructus, quo omnia
 rei Emolumenta continentur; & Nudus
 usus qui ad quotidianum usum competit
 vel Realis qua Rei debetur, cum Urbana,
 qua Prædio urbano competit, ut Ius
 stillicidii, Ius luminis, Ius tigni immittendi,
 & similia; tum Rustica qua Prædio
 rustico debetur, ut Iter sive ius eun-
 di, Actus sive ius agendi, Via sive ius
 vehendi, & similia. Ius usus sive Servi-
 tutis, Concessione, & Præscriptione consti-
 tuitur.*

uitur. Concessio est cum quis consensu expresso alteri re sua utendi potestatem facit, vel à Re sua rei alterius servitutem imponit. Praescriptio est, cum quis ex consensu tacito, diuturno & frequenti usu, jus alterius rei utenda acquirit. Servitus cessat, cum Reconceditur, vel Extinguitur: Reconceditur cum quis Expresso Remittendo, vel Tacite Omittendo, rem servientem, in pristina libertate reponit. Extinguitur Consolidatione, cum is cuius persona servitus debetur, sit dominus rei in qua servitutem habuit; & Confusione, cum idem praeiis servientis, & praeiis cui servitus debetur, dominus evadit.

- S**ecundo, res possidentur ex causa
a D. 50. **S**usus, sive Servitutis. Nam & **a**
 16 115. usus Rei à Proprietate separatus, Possessio dicitur. **b** Servitutum vero ea
b D. 8. 1. natura est, ut non aliquid faciat quis,
 15. sed ut aliquid patiat, aut non faciat. Et semper servitus à re aliena debetur, quia **c** Res sua nemini serviet,
c D. 8. 2. & prima inter servitutes personales
 26. est **d** Ususfructus, qui est jus alienis
d D. 7. 1. rebus utendi, fruendi, salva rerum
 1. substantia. Et **e** Ususfructus pro parte indivisa vel divisa constitui potest;
e D. 7. 1. Et **f** Ususfructuarius vel ipse re frui
 5. vel alii fruendum concedere, vel locare potest. Quod **g** si ususfructus fundi sit
f D. 7. 1. **g** si ususfructus fundi sit
 12. **g** D. 7. 1.
 9.

JURISPRVD. PARS III. 63
 di sit concessus, quicquid in fundo nascitur, quicquid inde percipi potest, ipsius fructus est, *h* Usufructuarius tamen boni viri arbitratu fundo frui debet, nam & cogi potest eum recte colere. Sed & *i* usufructuarius debet omne quod diligens Paterfamilias in domo sua facit, & ipse facere. Quum & *k* Modica refectio ad usufructuarium pertinet, hactenus ut ædificia facta recta habeat. Denique *l* usufructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere potest. *m* Nudus usus est usus sine fructu, nam *n* Fructus sine usu esse non potest, usus sine fructu potest. Unde *o* Minus juris est in usu quam in usufructu, nam *p* Qui nudum usum habet, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut usu quotidiano utatur, nec alicui jus quod habet, aut vendere aut concedere potest. Denique *q* usus pars concedi non potest, nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non possumus. Realis servitus est quæ prædio urbano, vel rustico debetur; *r* Urbana prædia sunt omnia ædificia, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia;

h D. 7. 10.

9.

i D. 7. 20.

65.

k D. 7. 10.

7. 2.

l D. 7. 10.

13. 4.

m D. 7.

8. 1.

n D. 7. 8.

14.

o D. 7. 8.

11.

p D. 7. 8.

11.

q D. 7. 8.

19.

r D. 10.

16. 29.

- f l. 2. 3. 2. ria; & / Urbanorum prædiorum
 servitutes sunt, quæ ædificiis inhæ-
 rent, veluti ut in parietem tignum
 immittere liceat, ut stillicidium quis
 recipiat in ædes suas, vel in aream,
 nec altius quis tollat ædes ne vicini
 luminibus officiat. † Rusticum præ-
 dium fundus est, & rusticorum præ-
 diorum servitutes Iter, Actus, Via,
 u D. 8. 3. Aquæductus & similia. † Iter habet
 latitudinem duorum, aut trium pe-
 dum, Actus quatuor, Via in porre-
 ctum octo, in anfractum sedecem.
 Constituitur servitus ex consensu ex-
 presso, vel tacito ejus cujus res ser-
 vit, ita x Usus fructus & aliæ pa-
 ctionibus, y Servitutes reales Præ-
 y C. 7. 33. scriptione longi, vel longissimi tem-
 p. 2. poris constituuntur. Longi temporis
 præscriptio est usus decem annorum
 inter præsentem, inter absentes vi-
 z C. 7. 33. ginti, & z bonam fidem possidentis
 6. & a scientiam adversarii requirit; b
 a C. 3. 34. Præscriptio longissimi temporis est
 2. usus triginta; vel quadraginta anno-
 b C. 7. 39. rum, & procedit absque scientia ad-
 8. versarii & absque bona fide. c Iter,
 o D. 8. 1. Actus, Via, Aquæductus, iisdem mo-
 7. dis constituuntur, quibus usufru-
 ctus,

ctus, & *d* Licet Servitutes prædiorum incorporales sint, nec certam continuamque possessionem habeant & ideo usu non capiuntur, utilitatis tamen causa receptum est, ut tempore & diuturno usu acquirantur. Denique cessat servitus (præterquam interitu personarum & rerum) reconcessione, nam *e* Servitus Donatione tollitur, & Omissione, quia *f* Placet usufructum non utendo amitti, & *g* Quibus modis usufructus finitur, iisdem nudus usus finiri solet. Sed & *h* Jura urbanorum prædiorum similiter, ut rusticorum quoque prædiorum, certo tempore non utendo pereunt, nisi quod hæc dissimilitudo sit, quod non omnino pereunt non utendo, sed ita si vicinus simul libertatem usu capiat. Ulterius, servitus personalis consolidatione extinguitur, ita Jureconsultus. *i* Finitur usufructus si domino proprietatis ab usufructuario cedatur, vel si usufructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res consolidatio appellatur, quemadmodum servitus Realis, Confusio. De qua Jureconsultus *k* Confusione tollitur servitus.

d D. 8. 1.
14.

e D. 8. 4.

17.

f D. 7. 4.

25.

g D. 7. 1.

3.

h D. 8. 2.

6.

i D. 7. 4.

17.

k D. 8. 2.

30.

SECT.

SECT. VII.

De Iure Patrimonii.

Ius Patrimonii est, ex quo quæ in universitate, Bonorum arbitrium habet, & procedit præcipue à Peculio, & Dote. Tenentium est, quod filiusfamilias à paternis rationibus seorsim habet; Dos est quod marito cum uxore ad sustinendum onera matrimonii tribuitur. Transferitur Patrimonium Testamento, & Successione ab intestato; Testamentum est suprema hominis dispositio, qua in universis bonis hæres instituitur, aliqua ab hærede aliis legantur, vel alias fieri præcipiuntur. Successio ab intestato, est dispositio legu. qua cum quis sine Testamento moritur, sanguine proximi, id est, primò liberi, deinde Agnati, denique Cognati hæredes constituntur.

Patrimonium constanti universis bonis Patris familias, & præter modos quibus jus in rebus singulis acquiritur, & minuitur, alios habet magis generales, ex quibus conflatur & dissolvitur. In modis ex quibus conflatur Patrimonium, Peculium, & Dos præcipui sunt. *a* Peculiû est, quod Patris permissu filiusfamilias à paternis rationibus separatim habet. Sic dictû qua-

a D. 15.
3. 3.

quasi *b* pusilla pecunia vel pusillum patrimonium, vel *c* filii patrimonium : & *d* consistit Peculium ex eo quod Parsimonia sua quis paravit, vel à quolibet sibi donari officio meruit, *e* in quo usumfructum quidem patri acquirit, dominium autem apud eum remanet, ne quod ei suis laboribus, vel propriâ fortunâ accesserit, hoc in alium proveniens, ei luctuosum procedat.

Alia patrimonii origo est à Dote, Nam quemadmodum peculium filii, ita *f* Filiaë Dos est proprium patrimonium, quæ licet Marito tradatur, ad sustinendum onera matrimonii, in dominio mulieris manet ; ita Iureconsultus, *g* Quævis in bonis mariti Dos sit ; mulieris tamen manet. *h* Dotis tantum fructum ad maritum pertinere æquitas suggerit ; cum enim ipse onera matrimonii subeat, æquum est eum etiam fructus percipere. Et *i* Solutæ matrimonio, Dos mulieri aut ejus hæredi solvi debet ; *k* Quod si matrimonium culpâ mulieris dissolutum probetur, mulieris culpa est mulctanda, scilicet amissione Dotis, *l* Paternum vero est officium

b D. 15.

1. 5.

c l. 4. 6.

10.

d D. 15.

1. 39.

e C. 6. 62.

6.

f D. 4. 46.

3. 5.

g D. 23.

3. 75.

h D. 28.

3. 7.

i D. 25.

1. 2.

k D. 25.

1. 38.

m D. 23. & proinde, m Si parentes filias nu-
 2. 19. bere prohibuerint, vel dotem dare
 nolint, cogentur in matrimonium
 n D. 23. collocare, & dotare. Et n Dotis
 3. 69. quantitas pro modo facultatum pa-
 tris, & dignitate mariti constitui de-
 bet. o Interest enim Reipub. mulie-
 2. 1. 4. res dotes habere propter quas nubere
 possint.

Deinde transfertur Patrimonium,
 Dispositione hominis, Testamento:
 vel dispositione Legis, successione ab
 p D. 28. intestato. p Testamentum est volun-
 1. 1. tatis nostræ justa sententia de eo quod
 quis post mortem fieri velit, quæ dis-
 positio à legibus Duodecem Tabula-
 rum descendit, quibus præcipitur,
 q 12. tab. q Uti quisque rei suæ legassit, ita jus
 esto; & rationi maxime convenit,
 1. 1. 2. 1. nam r Nihil est quod hominibus ma-
 gis debetur, quam ut supremæ volun-
 tatis, postquam aliud jam velle non
 possint, liber sit stylus, & licitum,
 quod non iterum redit, arbitrium. At
 f D. 28. f Nullæ sunt tabulæ testamenti, quæ
 1. 19. is facit qui testamenti faciendi jus
 non habet. t In eo vero qui testatur,
 t D. 28. ejus temporis quo testamentum facit,
 2. 2.

inte-

integritas mentis; non sanitas corporis exigenda est. Testamentum autem præcipue pendet à voluntate Testatoris; nam *u* Voluntas facit ut in testamento scriptum valeat; & voluntas propria testatoris, cum *x* Testamentorum jura per se firma esse oportet, non ex alieno arbitrio pendere; nec tamen voluntas sola sufficit, quod *y* Nudâ voluntate non constituitur Testamentum; Itaque *z* Testes adhiberi debent, cum quibus testamenti factio est. Deinde Testamentum præcipue constat hæredis institutione, & Legatis; estque hæredis institutio, Designatio successoris in universis bonis. Ita enim *a* Hæreditas definitur, successio in universum jus quod defunctus habuit; cujusmodi institutio est testamenti fundamentum, quod *b* sine hæredis institutione nihil in testamento scriptum valet. Et *c* Liberi à parentibus necessario sunt instituendi; nec licet parenti aliquem ex liberis exhæredare, vel præterire, nisi is probetur ingratus, & ingratitude causa nominatim inferatur testamento, quæ & lege comprobari debet. Sed *d* Et unum

u D. 30.

x 12.

x D. 28.

y 32.

y D. 37.

z 1. 11.

z l. 2. 10.

6.

a D. 50.

17. 62.

b D. 28.

6. 1.

c Nov.

115. 30.

d l. 2. 14

4.

- e l. 2. 14. unum hominem, vel plures, quot quis
 9. velit, hæredes facere licet; Et e Hæ-
 res pure & sub conditione institui
 potest: ex certo tempore aut ad cer-
 tum tempus hæres institui non po-
 f d. 50. test, & f Quæ ab initio inutilis fuit
 17. 210. institutio, non potest ex postfacto
 g d. 30. convalescere. g Legatum est deliba-
 1. 116. tio hæreditatis, quâ testator ex eo
 h l. 2. 20. quod universum hæredis foret, alicui
 9. quid collatum velit. Quod h si in
 nomine Legatarii testator erraverit,
 cum de personâ constat, legatum va-
 i d. 35. let. Et i Falsa demonstratio neque
 1. 33. hæredi neque Legatario nocet. Et
 k d. 35. k Falsam causam legato non obesse
 4. 72. 6. verum est; quia ratio legandi legato
 non cohæret. Testamentum denique
 prius, posteriore infirmatur. Quod
 l d. 32. l suprema voluntas potior habetur,
 1. 22. cum nemo eam legem sibi potest di-
 cere, ut à priore voluntate ei rece-
 m d. 34. dere non liceat. Et m Ambulatoria
 4. 4. est voluntas usque ad supremum vitæ
 exitum. Irrita vero sunt in testamen-
 to quæ sibi vel legibus adversantur;
 n d. 50. quippe n Ubi pugnantia in testa-
 17. 188. mento jubentur, neutrum ratum
 o d. 50. est; Et o Nemo potest in testamen-
 17. 73. to suo

to suo cavere ne leges in eo locum habeant ; Secundo si quis sine testamento decedit , ei hæres à Legibus subrogatur ; *p* quia defunctorum interest habere successores , at *q* Quamdiu potest valere testamentum , tamdiu legitimus hæres non admittitur. Et primo *r* Intestatorum hæreditates , ad suos hæredes , id est Liberos , & Nepotes , pertinent ; immo *s* Mortē parentis liberis quasi continuatur dominium , & , si *t* existat filius , & nepos ex filio , qui proximior est , ulteriorem non excludit , æquum enim videtur Nepotes in locum patris succedere , *u* Si nemo Suus hæres existat , ad agnatum proximum hæreditas pertinet ; nam *x* Commodius videbatur ita jura constitui , ut plerumque hæreditates ad masculos confluerent , *y* Si plures agnati sunt ejusdem gradus , omnes admittuntur ; Si plures sint gradus agnatorum , lex aperte proximum vocat. *z* Post Suos hæredes , & Agnatos proximos , Cognatos ad successionem Prætor vocat.

p D. 1. 1. 6.
q D. 50. 17. 89.
r l. 3. 1.
s l. 3. 1.
t l. 3. 1. 6.
u l. 3. 2.
x l. 3. 2.
y l. 3. 2. 4.
z l. 3. 5. 8.

Hæc etiam de jure Possessionis privata.

SECT.

SECT. VIII.

De Iure Obligationis, & de Iure
Contractus.

Ius obligationis est ex quo quis in alterius personam potestatem habet, nimirum ut ipsius causa aliquid agere, aut facere teneatur; idque ratione Contractus, Delicti, vel Officii.

Ius vel obligatio Contractus est, ex quo quis ob conventionem cum causa inita ad debitum praestandum alicui obligatur, cujusmodi contractus vel rei traditione, vel solo consensu, vel Verbis certis conciliatur. Rei traditione contrahitur Mutuum, quo dominium rei alicujus transfertur, ut qui accepit, rem aliam ejusdem generis reddat; Commodatum, quo usus rei conceditur ut qui accepit, rem eandem numero restituat: Depositum quo rei Custodia alicui committitur, ut res eadem retradatur; Pignus quo ex re aliqua Cautio alicui constituitur, ut eo de quo cautum est, prestito, res libera ad dominum redeat. Consensu solo contrahitur, Emptio, qua de dominio Rei propter pretium; Locatio, qua de usu propter mercedem, transferendo agitur; Societas qua de Lucro, & Damno in Negotiatione communicando; Mandatum, quo de opera impendenda, & impendentem indemnem servando convenitur. Verbi denique conciliatur, Stipulatio, qua solenni inter-

terrogatione & responsione constat ; & *Chirographum quod scripto expeditur. Obligatio, vel jus contractus, Solutione, & Liberatione tollitur ; Solutio est cum debitum, id scilicet de quo in singulis contractibus convenit, prestatur ; Liberatio est cum is cui quid debetur, vel gratis acceptum fert, vel cum alio debito compensari patitur.*

PRæter jus quod personis ipsis inhæret & quod in rebus habetur, jus etiam in alias Personas competit, quod Obligatio dicitur, & definitur
a Obligatio, juris vinculum quo necessitate astringimur alicujus rei solvendæ ; & *b* Obligationum natura non in eo consistit ut aliquod corpus, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum. *c* Impossibilium verò nulla est Obligatio.

2 l. 3. 14.

1.

b D. 44.

7. 3.

c D. 50.

17. 185.

Causæ ex quibus oritur obligatio, sunt Contractus, Delictum, & Officium. *d* Contractus est ultro citroque Obligatio, quam Græci *συνάλλαγμα* vocant, id est Conventio quæ ob aliquam causam, Obligationem utrinque parit ; *e* Conventio enim verbum generale est, ad omnia perti-

d D. 50.

16. 19)

e D. 2.

14. 1.

D

nens

nens, de quibus negotii contrahendi, transigendive causa consentiunt, qui inter se agunt: nec ullus est contractus qui in se conventionem non habeat; Conventio vero quæ non ex causa procedit, Nudum pactum dicitur,

- f* D. 2. & definitur *f* Pactum, duorum pluriumve in idem placitum consensus
14. 1. 3. sive conventio; cujus, etsi non idem qui contractus, aliquis tamen est effectus; nam quamvis *g* Nuda pactio obligationem non parit, exceptionem parit, & cum contractibus adjicitur, omnino observari debet. *h* Quid enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ inter aliquos placuerunt, servare? modo Pacta bonis moribus & legibus non repugnent, quod *i* Pacta quæ turpem causam continent, non sunt observanda; sed
k D. 2. & *k* Contra juris civilis regulas pacta conventa, rata non habentur, quia
14. 28. *l* Jus publicum privatorum pactis mutari non potest. In contractibus vero qui Obligationem pariunt, observandæ sunt primo Personæ, nam
m D. 50. *m* Qui cum alio contrahit, non debet esse ignarus conditionis ejus cum quo
17. 19. contrahit. Deinde intentio; cum *n* In
n D. 50. *n* In
17. 219. Con-

Conventionibus, contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placuit; Tertio & Tempus, & Occasio, quod *o* Uniuscujusque contractus initium spectandum est, & causa; *o* D. 17. 1. 8.
 & *p* In singulis contractibus hoc servabitur, quod initio convenit; Quarto, Mos Regionis, aut id quod minimum; quippe *q* In contractibus id sequimur quod actum est, & si id non appareat, erit consequens ut id sequamur quod in regione in qua actum est, frequentatur, quod si neque regionis mos appareat quia varius fuit, ad id quod minimum est, redigenda summa est. *p* D. 5. 17. 23. *q* D. 50. 17. 34.

Inter Contractus primo occurrunt qui rei interventu perficiuntur, & in his *r* Mutuum, quod ita dicitur, quia *r* l. 3. 15. 1. ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat; & *f* Mutui datio in iis rebus *f* l. 3. 15. 1. consistit, quæ pondere, numero, vel mensura constant. *t* Mutuum autem *t* D. 12. 1. 2. damus recepturi non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus; & quamvis *t* Cum mutuum damus, *t* D. 12. 1. 3. non cavemus ut æque bonum nobis reddatur, non licet debitori rem deteriori reddere. Secundo, Com-

- u I. 3. 15.** modatum; & *u* Commodata res intelligitur si nulla mercede accepta, vel constituta, res tibi utenda data est,
- x I. 3. 15.** nam *x* Gratuitum debet esse com-
y D. 13. modatum; & *y* Nemo commodan-
6. 9. do rem facit ejus cui commodatur;
- z D. 13.** *z* Sicut autem voluntatis, & officii
6. 17. magis quam necessitatis est commo-
 dare, ita modum commodati finem-
 que præscribere, ejus est, qui benefi-
 cium tribuit; cum autem id fecit, in-
 tempestive usum commodatæ rei au-
 ferre, non officium tantum impedit,
 sed & inter dandum accipiendumque
- a D. 16.** obligatio. Tertio, *a* Depositum est
3. 1. quod custodiendum alicui datum est,
- b I. 3. 15.** *b* Is apud quem res aliqua deponitur,
 de eâ re quam accepit, restituendâ te-
 netur, nisi sit prædo qui deposuit;
- c D. 16.** nam *c* Non est ex bonâ fide rem præ-
3. 3 1. doni restituere, quia Iustitia suum
 cuique ita tribuit, ut non distrahatur
 ab ullius alterius justiore repetitione;
- d I. 3. 15.** Quarto, *d* Pignus datur gratiâ De-
 bitoris quo magis pecunia ei creda-
 tur, & Creditoris quo magis ei in-
 tuto sit creditum; nam *e* Plus cau-
e D. 50. tionis in re est quam in personâ; Sed
17. 25.
- f D. 20.** *f* Res litigiosa pignori dari non po-
3. 6. test:

test: *g* Pignus autem manente proprietate debitoris, solam possessionem transfert ad creditorem, & re pluribus oppignoratâ, *h* Cum de pignore contenditur, potior est jure, qui prior est tempore; & *i* Creditor qui permittit rem vœnire, pignus dimittit.

Secundum genus Contractuum est eorum qui solo Consensu constant, veluti, I. *k* Emptio & venditio quæ contrahitur, simulatque de pretio convenerit, & *l* Pretium in numerata pecunia consistere debet, & *m* in Pretio Emptionis & venditionis licet contrahentibus se circumvenire; peractâ vero venditione *n* Periculum rei venditæ statim pertinet ad Emptorem, II. *o* Locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede convenerit, at *p* Non solet Locatio dominium mutare. *q* Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet. Et si quid in lege conductionis prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstari debet. III. *r* Societas quodammodo jus Fraternalitatis in se habet, in qua *s* Æquum est ut cujus quis participaverit lu-

g D. 3. 7.
35.

h C. 8. 18.
2.
i D. 50.
17. 156.

k I. 3. 24.

l I. 3. 24.
2.

m D. 4.
4. 16. 4.

n I. 3. 24.
3.

o D. 19.
2. 2.

p D. 19.
2. 39.

q I. 3. 29.

r D. 17. 2.
36.

s D. 17.
2. 55.

- crum , ejus participet & damnum; & *z* non id quod privatim interest unius ex sociis, servari solet, sed quod societati expedit. *u* Nemo tamen societatem contrahendo rei suæ dominus esse definit; & *y* Socii mei socius, socius meus non est, sed & *z* Rerum inhonestarum nulla est societas, unde *u* Quod ex furto vel maleficio quaesitum est, in societatem non conferitur; quia delictorum turpis atque foeda est communicatio. IV. Mandatum est quo negotium aliquod gerendum committitur, & *b* Mandatum, nisi gratuitum sit, nullum est, nec tamen damnosum esse debet, quia *c* Nemini officium suum, quod alterius, non sui commodi causa gestum est, damnosum esse debet; ab eo vero qui suscipit, *d* Mandati fines diligenter sunt custodiendi, & Quoties certum mandatum est, recedi à forma non debet, *e* Rei vero turpis nullum est mandatum. Nec eadem consilii quæ mandati vis est; unde *f* Consilii non fraudulentum nulla est obligatio. Tertium genus contractuum est eorum qui verbis concipiuntur, quales sunt stipulationes & Chirographa.
- g* Sti-

i D. 17.

2. 65.

u D. 19.

5. 33.

y D. 17.

2. 20.

z 17. 2.

57.

a 17. 3.

53.

b D. 17.

2. 1.

c D. 47.

2. 62.

d D. 17.

2. 5.

e D. 17.

1. 6. 3.

f D. 5c.

17. 47.

Digitized by Google

g Stipulatio, est verborum conce- g D. 45.
 ptio, quibus is qui interrogatur, se 1. 5.
 daturum facturumve quod interro-
 gatus est, respondet; & notandum
 quod h Nemo rem suam utiliter sti- h D. 45.
 pulatur, & i Alteri stipulari nemo 1. 82.
 potest, & k Nemo promittendo alie- i D. 45. 2.
 num factum obligatur. At l Diffi- 38.
 cultas præstationis stipulationem i- k D. 45.
 nutilem non facit. In stipulationibus 1. 38.
 Fidejussores plerumq; interveniunt, l D. 45.
 m Ita Fidejussor est qui pro eo qui 1. 2.
 promittit alii obligatur; n Fidejuf- m l. 3.
 fores autem ita obligari non possunt, 21.
 ut plus debeant quam debet is pro n l. 3. 28.
 quo obligantur. Nam eorum obliga-
 tio est accessio principalis obligatio-
 nis, nec plus in accessione potest esse
 quam in principali. Chirographo de-
 nique vel scripturâ contrahitur obli-
 gatio, cum quis literis vel syngraphâ
 fatetur ex hac vel illâ causâ se alteri
 debere; in quo o Si librarius in tran- o D. 50.
 scribendo verbis erravit, nihil nocet 17. 92.
 quo minus & reus, & fidejussor te-
 neatur, & p Fiunt de Contractibus p D. 220
 scripturæ, ut quod actum est, facilius 4. 4.
 probari possit, sed & sine his valet
 quod actum est, si probatione n ha-

D 4

beat,

beat. Tollitur obligatio solutione quæ à Debitore procedit, & liberatione quæ magis est à Creditore;

q 1.3.30. primo q Tollitur obligatio solutione ejus quod debetur, & r Prout quidque contractum est, ita solvi debet; itaque s Reproba pecunia solventem non liberat; & t Qui decem

f D. 13.

7.24.

r D.46.3

9.

u D. 13.

4.9.

debet, partem solvendo, in parte tantum obligationis liberatur. u Is qui

certo loco dare promittit, nullo alio loco quam in quo promisit solvere, invito stipulatore, potest; secus est de tempore, quod in favorem Debitoris adjicitur. Nam x Quod certo die

x D. 46.

3.70.

promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum

y D. 23.

3.10.

relinqui intelligitur; ita y Cùm illa aut illa res promittitur, rei electio est, utrum præstet. Liberatio est etiam cùm absque solutione ejus quod debetur, obligatio tollitur, utpote Acceptilatione, & Compensatione.

z 1.3.30.

z Acceptilatio est imaginaria solutio, cùm debitori creditor quod debetur, acceptum fert; & pure fieri debet, Nam a Acceptilatio sub conditione fieri non potest; & b In diem

a D. 46.

4.4.

b D. 46.

4.5.

facta.

JURISPRVD. PARS III. § 17
 facta Acceptilatio nullius est momen-
 ti, cum solutionis exemplo solet
 liberare. *c* Compensatio est debiti & *c* D. 16.
 crediti inter se contributio, & nihil *2. 1.*
 interest quis solverit an compensave-
 rit; & ideo *d* Compensatio necessa- *d* D. 16.
 ria, quia interest nostram non solvere *2. 3.*
 potius, quam solum repetere.
e Creditor autem compensare non *e* D. 16.
 cogitur quod alii quam debitori suo *2. 18.*
 debet, quamvis creditor ejus pro eo
 qui convenitur ob debitum proprium
 velit compensare. Denique *f* Ita com- *f* C. 4. 3.
 pensationes possunt objici, si causa *14.*
 ex qua compensatur, liquida sit, &
 non multis ambagibus innodata.

SECT. IX.

De Iure Delicti.

*Ius vel Obligatio delicti est ex quo quis ob le-
 sionem alteri illatam ad Pœnam tenetur.
 Cujusmodi delictum committitur Inju-
 ria, Furto, & Damno. Injuria est cum
 alicujus personæ dolor vel dedecus infer-
 tur. Furtum est cum è bonis aliquid sur-
 ripitur. Damnum est cum res alicujus de-
 terioratur. Tollitur Obligatio delicti pœ-
 na præstita, & Remissione partis: Pœna
 præstat, cum quis ultra id in quo a-
 lium lædit, ipse in aliquo plectitur. Re-
 missio*

D 5

missio

*missio partu est, cum is qui laesus est, ad
animum non revocat, vel cum eo qui laesit,
in gratiam redit.*

- E**X Contractu qui cum Volente fit, se quis obligat, ex Delicto quod cum invito intercedit à jure obligatur, Idem vero sunt Delictum, Noxa, & Maleficium; nam *a* Noxæ appellatione omne delictum continetur; in quo voluntas delinquendi perpenditur, nam *b* Maleficia voluntas, & propositum delinquentis distinguit, quod etiam ex postfacto colligi potest, unde *c* In Maleficio rati habitio mandato comparatur. In Delictis primum est Injuria quæ in personam infertur, cum alicujus corpus vel æstimatio læditur. *d* Injuria enim est Contumelia, & fit, re, vel verbis: Re quoties manus inferuntur, Verbis quoties convicium fit, & *e* Aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas, spectat enim ad nos injuria quæ eis fit qui potestati nostræ, vel affectui subjeti sunt. Sed & *f* si defuncti cadaveri fiat injuria, vel ejus fama laceffatur, hæredis interest, defuncti existimationem purgare. Etiam *g* Injuria com-
- mit-

mittitur si quis matrem familias asse-
 ctatus fuerit, sive ejus pudicitia at-
 tentatur. *h* Adsectatur qui tacitus *h* D. 47.
 frequenter sequitur, assidua enim fre- *10.15.21*
 quentia præbet nonnullam infamiam.
i Attentari pudicitia dicitur, cum id *i* D. 47.
 agitur, ut ex pudica impudica fiat. *k* *10.1.10.*
 Convicium est vociferatio vel prola- *k* D. 47.
 tio vocis, quæ contra bonos mores, *10.13.40*
 ad infamiam, vel invidiam alicujus
 spectat: *l* Convicium non tantum *l* D. 47.
 præsentis, sed etiam absentis fit. *m* Eum *10.13.7.*
 vero qui nocentem infamat, non est *m* D. 47.
 bonum & æquum, ob eam rem cõdem- *10.18.*
 nari; Peccata enim nocentium nota
 esse & oportet, & expedit. Et *n* Juris *n* D. 47.
 Executio non habet injuriam. *o* Tot *10.13.2.*
 autem sunt injuriæ, quot personæ in-
 juriam facientium. *p* Atrox injuria *o* D. 47.
 æstimatur ex facto, ut si quis fustibus *10.34.*
 cæsus: ex loco, si cui in theatro, vel *p* D. 47.
 in foro injuria facta sit: ex persona, si *10.7.8.*
 Magistratus passus fuerit, aut parenti
 facta sit à liberis. Nonnunquam ma-
 gnitudo, & locus vulneris atrocem
 injuriam facit, ut si in oculo quis per-
 cussus fuerit. Et *q* Crescit contume- *q* D. 47.
 lia ex persona ejus qui contumeliam *10.17.3.*
 facit. In Delictis secundum est fur-

- r D. 47.** tum, & definitur *r* Furtum, contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. *f* Furtum vero sine affectu furandi non eo committitur, nec affectu solo sine facto,
- 2. 1.**
- f D. 41.** nam *t* Sola cogitatio furti faciendi non facit furem. Sed nec nudo consilio: *u* Neque enim qui alicui malum consilium dedit, furtum facit; tenetur tamen qui persuadet & adjuvat,
- 3. 37.**
- D. 47.** nam *y* Sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo potest. Furtum deinde aliud manifestum est, aliud non manifestum. *z* Fur manifestus est quem *ἰπ' αὐτοφώρα* appellant, hoc est, qui apprehenditur cum furto, priusquam eo loci rem pertulerit, quo destinaverit. *a* Nec manifestus fur est, qui in faciendo apprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest. *b* Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti; quis enim magis rem alienam invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est eum improbum furem esse, & Ridiculum esset
- 2. 36.**
- y D. 47.**
- 2. 50.**
- z D. 47.**
- 2. 3.**
- a Paul. Sent.**
- 2. 31.**
- b l. 4. 2.**
- levio-

levioris conditionis esse eum qui vi rapit, quam qui clam submovet. Tercio in Delictis est *c* Damnum injuriâ, vel culpâ datum, quod ab ademptione & quasi Diminutione patrimonii dicitur; ita *d* Si quis plus justo oneratus dejecerit onus, & animal occiderit, damnum injuriâ facit, fuit enim in ipsius arbitrio, ita se non onerare, & *e* Si lapsus aliquis servum alienum onere presserit, tenetur, si se plus justo oneraverit, vel negligentius per lubricum transierit. Item *f* Si ex plastro lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit, plastrarium teneri placet, si male composuit lapides, & ideo lapsi sunt. *g* Fortuita incendia, si, cum vitari possint, per negligentiam eorum apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint, civiliter exercentur, ut qui injuriâ affectus est, damni disceptet. *h* Ad damnum injuria, vel culpa levissima facit. Sed & *i* Is damnum dat, qui jubet dare: Si quis vero alterius impulsu damnum dederit, tenetur is qui impulit, nam *k* Qui occasionem præstat, damnum fecisse videtur. Ita obligatio oritur ex Delicto privato:

Tol-

c D. 9. 27.
50.
d D. 39.
2. 3.
e D. 9. 27.
70.
f D. 9. 27.
27. 330.
g D. 48.
19. 28.
h D. 9. 27.
44.
i D. 50.
16. 16. 9.
k D. 9. 27.
30.

Tollitur, cùm is qui deliquit, pœnæ se submitit, vel is qui læsus est, remittit. *l* Pœna enim est noxæ vindicta, & Delictorum omnium coërcitio, & plus incommodi habet, quam delictum commodi, quia *m* Nemo ex delicto suo conditionem suam meliorem facere debet. Et *n* pœna constituitur in emendationem hominum, & *o* Pœnâ homines afficiuntur ut exemplo deterriti, minus delinquant: *p* Nunquam vero crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatione. Remissio pœnæ est, cùm quis vindictæ renunciat, vel non quærit; & contingit non solùm *q* cùm quis accepit satisfactionem, sed & *r* si nudâ voluntate remittit injuriam; nec tantum expresse remittitur, sed & tacite *s* dissimulatione aboletur, si quis enim injuriam dereliquerit, hoc est statim passus, ad animum suum non revocaverit, postea ex pœnitentiâ recolere non potest.

SECT. X.

De Iure Officii.

Ius, sive Obligatio officii est, ex quo quis ob personam quam sustinet, circa universitatem negotiorum, ad Ratiocinium tenetur, quod contingit occasione Ministerii, vel Administrationis. Ministerium est cum quis negotia aliena sub alio procurat; ut Institor qui rebus Urbanis, Villicus qui rebus rusticis adhibetur. Administratio est cum quis cum auctoritate aliqua praeferitur, ut Tutor qui negotiis pupillaribus praeponitur, & Haeres qui in locum defuncti ad ejus voluntatem exequendam sufficitur. Tollitur Officii Obligatio cum Rationes hinc reddita, & inde acceptata fuerint. Rationes reddere est; eorum qua quis in officio gerere debuit, & gessit, copiam & fidem facere: Rationes acceptare est, ea de quibus constat, tanquam utiliter gesta (quod ad eos pertinet quorum interest) comprobare.

Officium quod in pluribus negotiis versatur, obligationes plures complectitur, quibus tamen satisfieri videtur cum quis Ratiocinium recte absolvit. Ut in officiis privatis alia à sola voluntate hominis pendent, ut cum quis Procurator ad negotia in genere, vel certis rebus, ut institor,
& Vil-

- & Villicus, præficitur: alia magis à jure indicuntur, ut officium Tutoris, & Hæredis, *a* Procurator ad negotia est, qui aliena negotia mandato domini administrat; & quemadmodum *b* Invitus Procurator dari non solet: ita *c* Non ferendus qui sibi asserit procurationem, nam hoc ipso suspectus est qui operam suam ingerit invito: & *d* Procurator cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, aliud pro alio permutare, sed & id quoque ei mandari videtur, ut solvat creditoribus, *e* alias Procurator totorum bonorum cui res administrandæ mandatæ sunt, res domini sine speciali mandato alienare non potest, nisi quæ facile corrumpi possunt. In quibuslibet vero negotiis *f* Procurator ex bona fide rationem reddere debet. *g* Institor est qui tabernæ ad emendum, vendendumve præponitur, sed & *h* si Tabernarius servum peregre mittat ad merces comparandas, & sibi mittendas, loco institoris est; & *i* Æquum est sicut commoda quis sentit ex actu institorum, ita etiam ex eorum contractibus obligari, & conveniri. Sed *k* Non
- omne

Omne quod cum infititore geritur, obliget eum qui præposuit, sed ita si ejus rei gratia cui præpositus fuerit, contractum est. Quinetiam semper

l Condicio præpositionis servanda est. Denique *m* Si quis nolit cum infititore contrahi, palam prohibere debet, Nam de quo palam proscrip- tum fuit necum eo contrahatur, præpositi loco non habetur: *n* Villi- cus propter fructus percipiendos, non propter quæstum, plerumque præ- ponitur, & ideo si cum Villico ali- cujus contractum sit, in dominum a- ctio non datur.

l D. 142

3. 11. 5.

m D. 140

3. 11.

n D. 247

3. 16.

Hujusmodi sunt officia voluntatis; necessitatis est officium Tutoris, & Hæredis; & ad Tutoris officium quod attinet, *o* Tutela est vis, ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem suam nequit se defendere. Et *p* Tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponitur. Et *q* Eadem à Tutoribus diligentia exigitur circa admini- strationem rerum pupillarum, quam Paterfamilias rebus suis ex bona fide præstare debet. *r* Nihil autem gere- re ante Inventarium factum, Tutorem

o D. 260

3. 1.

p D. 260

1. 12. 30.

q D. 260

2. 33.

r D. 260

1. 70.

opor-

oportet, nisi id quod dilationem nec modicam expectare possit. Denique

f D. 27. § Officio Tutoris incumbit rationes
3. 1. actus sui conficere, & pupillo reddere.

Sed & Hæres ut in bonis quæ defunctus habuit, succedit, ita ea quæ post mortem fieri velit, adimplere debet; cujusmodi sunt, legitime apertis tabulis, testatore pro honestate sepulto, & bonorum inventario confecto, Debita si qua sunt, exolvere, legata præstare, & reliqua, quæ testa-

t C. 6. 23. tor vult, exequi. Et Primum §
23. Prospectum est ut voluntates ultimæ deficientium aperiantur apud census magistrum, monumentis interven-

u C. 6. 23. nientibus; item, ut § Testamenta omnia quæ apud officium censuale publicantur, in eodem loco reserventur:

x C. 6. 32. (nam, r Tabularum testamenti in-
2. strumentum non est unius hominis, hoc est hæredis, sed universorum, quibus quid illis ascriptum est, quin potius publicum est instrumentum)

y C. 6. 32. vel ut y Testamentorum tabulæ se-
2. cundum leges moreque locorum in-

z C. 6. 30. sinuentur. Deinde z Cum hæreditas
12. 2. ad aliquem delata est, omnimodo ab ipso inventarium confici debet, super

his

his rebus quas defunctus mortis tempore habuit, sub præsentia tabulariorum, cæterorumque qui ad hujusmodi confectionem necessarii sunt.

De sepultura Defuncti sic statuitur. *a* **D. 11.**

Funus eum facere oportet, quem de- **7. 12.**

cedens elegit, sin autem de hac re defunctus non cavit, nec ulli delegatum id munus est, scriptos hæredes

ea res contingit: & *b* sumptus fune- **b D. 11.**

ris pro facultatibus, & dignitate defuncti æstimandi sunt. *c* Nec voluntas defuncti sequenda est, si res egrediatur justam sumptus rationem. *d* **7. 12. 5.**

c D. 11.

7. 14. 6.

d D. 11.

2. 13. 85

quicquid corporis causa, veluti unguentorum, erogatum est, & pretium loci in quo defunctus humatus est, & si qua vectigalia sint, vel sarcophagi, & vectura, & quicquid corporis causa antequam sepeliatur, consumptum est. Et hujusmodi *e* Impensa funeris semper ex hæreditate deducitur, & omne creditum præcedere solet, cum bona solvendo non sunt. Post sepulturam defuncti, hæredibus incumbit onus solvendi debita, nam Hæreditas quin obliget æri alieno plusquam manifestum est. *g* Hæredes vero si in-

e D. 11.

7. 45.

g C. 6. 30.

12. 40.

ven-

inventarium confecerint, hæreditatem sine periculo habent, & in tantum hæreditariis creditoribus tenentur, quantum res ad eos devolutæ valent.

Si vero inventarium facere distulerint, & tempus ad inventarii confectiõnem datum effluxerit, debitis hæreditariis in solidum tenentur. Ultra debita defuncti etiam Legata ab hæ-

L. 2. 20. rede sunt præstanda. Nam *h* Legatum est donatio à defuncto relicta, ab

D. 36. hærede præstanda. *;* Neminem tamen
L. 1. 17. oportet plus legati nomine præstare, quam ad eum ex hæreditate pervenit.

D. 30. *** Legato debito, nihil amplius ex hoc legato quam actiones suas hæres præ-

D. 30. stare debet. *l* Re in genere legata,

D. 2. Electio est Legatarii. *m* Nummis vero indistincte legatis, receptum est ut

D. 30. exiguiore legati videantur. *n* Si certum corpus legatum est, veluti frumentum ex illo horreo, ibi præstabitur, ubi relictum est, sin vero non

est certa Species, ibi præstandum est, ubi petitur. *o* Quicquid rei legatæ

D. 30. accedit, vel decedit, Legatarii damno, vel lucro est. Denique ut hæreditas ad legata sufficiat, necessariæ

C. 6. 30. expensæ sunt deducendæ. Itaque *p* In
L. 2. Com-

JURISPRVD. PARS III. 93
Computatione Patrimonii datur hæ-
redi licentia excipere, & retinere quic-
quid in funus expendit, vel in testa-
menti insinuatione, vel in Inventarii
confectione, vel in alias necessarias
causas hæreditatis approbaverit se
persolvisse.

Atque hæc de Jure privato.

PARS QUARTA.

SECT. I.

De Jure Publico.

Ius publicum est quod spectat ad Rempubli-
cam; idque ad Salutem, & Decus publi-
cum refertur. Salus publica est, qua re-
spub. subsistit: Decus publicum est, quo
Resp. floret. Juri Publico adversantur Pe-
riculum, & Pernicies publica; Pericu-
lum est malum reipub. imminens, Per-
nicies est ex qua respub. manifestè leditur.
Jure publico continentur etiam Publicus
status, Possessio, & Obligatio.

VLtra communionem quam ho-
mines singuli habent inter se,
ea est quæ universis cum repub.
vel Principe intercedit; Itaque post
jus illud à quo pendet Communio
pri-

- privata, observandum est id quo Communio publica sustinetur, id est, *a* Ius publicum; de quo Iureconsultus, Publicum Ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat; quod, etsi in multis privati juris rationem habet, quod, Respub. personæ vicem sustinet, in multis tamen differt, & excellit, quod ratio totius potior sit, quam ratio partium, unde statuitur
- b* LL. 12. *b* Salus populi suprema Lex esto, & *c* Ea quæ communiter omnibus profunt, his quæ quibusdam specialiter sunt utilia, sunt præponenda; &
- d* C. 12. *d* Utilitas publica præfertur contractibus privatorum. Denique omnium sollicitudini commendatur, Ne quid detrimenti capiat Respublica. Et
- e* C. 11. *e* omnes in communi si necessitas exigat, convenit utilitatibus publicis obedire.

S E C T. II.

De Iure Status publici & de Iure subditi.

Ius status publici est potestas publicè agendi pro relatione singulorum ad Rempublicam; Qualis est subditi, Magistratus, & Principu.

Ius Subditi sive Subiecti est, ex quo quis

qui Potestatem habet agendi sub defensionis publica praesidio. Suntque subditi alii humiliori, alii meliori conditione. Humiliores sunt, qui vel Opibus vel Fide apud alios valent. Melioris conditionis sunt qui Locupletes habentur, aut Existimatione pollent.

Deinde Ius subditi contingit, vel ex natione, vel ex Incolatu. Natio est Regio qua quis nascitur. Incolatus est ubi quis domicilium aliquandiu constituit. Ius subditi deficit in extraneo qualis est Avena qui aliunde migravit & nondum sedem fixit, & qui publico praesidio exiit, ut Exul qui a suis pellitur, & Transfuga qui a suis se subduxit.

AD constituendam rempub. & qui regantur esse oportet, & qui regant; illi subditi dicuntur prout referuntur ad principem, & ut plurimum Cives, respectu aliorum Civium, quemadmodum qui libertus dicitur, respectu patroni, respectu aliorum libertinus appellatur. In eo tamen differunt, quod inter Cives esse potest qui non sit subditus, ut puta princeps, & inter subditos qui non sit Civis, veluti incola, quod civis sit nomen beneficii magis quam oneris, cujus jus quis pro libitu suo acquirere non potest, potest vero repudiare: subditus

ditus fit nomen oneris magis, quam beneficii, cui quis pro arbitrio suo se subicere potest, eximere vero se non potest. Pro onere vero quod in repub. sustinent subditi, in repub. protectione gaudent. Unde Imperator.

- a** D. 49. *a* Tantum mihi curæ est eorum qui
 2. 25. reguntur, libertas, quantum illorum
 & Benevolentia, & obedientia. Sunt-
b D. 48.
 8. 3. 5. que *b* Alii humiliori, alii altiori lo-
 co positi. Humiliori loco sunt, quo-
c D. 27.
 1. 40. rum *c* Paupertas operi, & oneri im-
d D. 48.
 2. 10. par est, quales censentur *d* qui mi-
 nus quam quinquaginta aureos ha-
 bent in bonis, Item qui nequiter vi-
e D. 2.
 15. 8. 11. vunt, Et sunt *e* vitæ sequioris, qui *f*
 sordide agunt, & turpem quæstum
f D. 3. 2.
 2. 5. sectantur; Melioris conditionis est *g*
g D. 50.
 16. 234. Locuples qui satis idoneè habet pro
 magnitudine rerum quas suscipit, vel,
h l. 3. 8.
 2. ut Lex Papia definit, *h* Quicentum
 millia sestertium possidet, Item qui
 est exploratæ fidei, & existimationis
i D. 50.
 13. 5. integræ, cujusmodi *i* Existimatio,
 est dignitatis illæ sæ status, moribus
 ac legibus comprobatus. Deinde Sub-
 ditus quis fit primum ratione natio-
k D. 37.
 8. 1. 2. nis, nam *k* Partus non tantum pa-
 renti, verum etiam reipub. nascitur,
 cujus-

cujusmodi ad remp. relatio exui non potest. Quippe *l* Origine propria nemo potest voluntate sua se eximere, nec si aliam assumat, quod *m* Assumptio Originis quæ non est, veritatem naturæ non perimit, Errore enim veritas Originis non amittitur, nec mendacio dicentis se esse unde non est, deponitur: Neque recusando quis patriam, ex qua oriundus est, neque mentiendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest. Secundo, quis fit Subditus Incolatu; Originarius enim, & Incola in eo differunt, quod ille perpetuus, hic pro tempore subditus existat. *n* Incola vero est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, (quem græci *πρόγινος*, id est juxta habitantem, appellant) id est, animo manendi se recipit. Nam *o* Eo in loco domicilium habetur, ubi quis Larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit. Inter subditos non censetur Advena, qui nondum jus subditi adeptus est, & Transfuga, qui eo jure excidit. *p* Advena est quæ græci *ἀπείρονος* five colonum advenientem appellant. Transfuga est qui à repub. defecit, &

l. c. 10. 38. 4.

m D. 50. 1. 6.

n D. 50. 16. 23.

o C. 10. 39. 9.

p D. 50. 16. 239.

E q de-

q D. 4. 5. q deficere dicuntur qui ab his quorum sub imperio sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferunt.

S E C T. III.

De Jure Magistratus.

Jus magistratus, sive Jurisdictio, est ex quo quis inter alios subditos jus dicendi potestatem habet. Estque Magistratus vel minor, qui in negotiis levioribus coercitionem levio-rem habet: vel Major cujus potestas, ad negotia graviora, per censuras severiores, extenditur. Deinde Magistratus, aut Eligitur, aut Praeficitur: Eligitur qui eorum consensu quibus eligendi potestas permittitur, vehitur. Praeficitur qui auctoritate superioris, Principis scilicet, ponit quem ea est potestas, Magistratus constituitur. Denique Jus Magistratus deficit in Plebeio, qualis est qui potestatem jus dicendi nondum habuit, Et qui functus est aut deposuit.

INter reliquos subditos & Principem constituti sunt magistratus, quibus commissa est Administratio reip. cum aliquo dignitatis gradu. Magistratus vero intra certum Territorium exercetur, est enim a Territorium universitas agrorum, intra fines cujusque civitatis, ab eo dictum, quod magistratus eo loci intra eos fines

a D. 50.
16. 239.

æsterrendi, id est submovendi, potestatem habet. Et *b* Extra Territorium jus dicenti impune non paratur. Deinde omnis Magistratus aliquam coercionem habet; cum *c* Cui concessa est Jurisdictio, ea quoque concessa videntur, sine quibus Jurisdictio explicari non potest. Unde Minor Magistratus est qui Jurisdictionem habet sine imperio, id est, qui pœnas capitales imponere non potest: quemadmodum magistratus Major, qui Jurisdictionem habet cum imperio, ut *d* Consul, Præfectus, Prætor, cæterique magistratus, qui imperium habent, qui & coërcere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci. Et cum æqualis est potestas, *e* Magistratus pari imperio nullo modo cogi possunt, quia *f* Prætor in Prætorem, Consul in Consulem, nullum jus habet. *g* Receptum tamen est, ut si quis major, vel æqualis subjiciat se Jurisdictioni alterius, possit ei, & adversus eum jus dici. Præterea in Magistratibus tum eligendis, tum præficiendis, expedit observare, quod *h* Ad remp. administrandam ante vigesimum quintum annum admitti minores

b D. 2. r.

20.

c D. 2. r.

2.

d D. 2. 4.

2.

e D. 4. 8.

4.

f D. 36.

1. 13.

g D. 2. 1.

14.

h D. 50.

5. 8.

E 2

non

- i D. 50.* non oportet, *i* In honoribus tamen
4. 8. favoris causa constitutum est, ut anni
 inchoati pro plenis accipiantur; Sed
k D. 50. & *k* si lege caveatur ut præferantur
4. 11. certæ conditionis homines, sciendum
 est hoc esse observandum, ut sint ido-
l D. 50. nei: & *l* Illi qui æstimationem in pe-
4. 16. cunia pro administratione offerunt,
 audiendi non sunt. Item *m* Qui indi-
m D. 1. gnus est inferiori ordine, indignus est
9. 4. superiori, & *n* Gradatim honores
n D. 50. deferendi sunt, ut à minoribus ad
4. 18. majores perveniatur, neque prius ma-
 jorem Magistratum quisquam, nisi
 minorem susceperit, gerere debet. Sed
o D. 40. *o* Nec continuare honores quisquam
4. 14. debet, nisi desint idonei qui hoc mu-
 nere fungantur, nam *p* Neque eos qui
p C. 10. placuerunt, gravare, justi; neque eos
70. 4. qui displicuerunt, tenere, prudentis est.
 Postremo qui in magistratu non est,
q l. 1. 2. Plebeius dici potest; nam *q* Plebis
4. appellatione sine patriciis & senatori-
 bus cæteri cives significantur, quibus
 nullo modo licet quod Magistrati-
r D. 50. bus. quia *r* Non est singulis conce-
17. 176. dendum quod per Magistratum pu-
 blice fieri potest.

SECT. IV.

De Iure Principis.

*Ius Principis sive Majestas, est ex quo in re-
pub. generalem, & supremam potestatem
habet, cujus Prærogativa alia Gratia sunt,
alia Iustitia. Prærogativa Gratia sunt
veluti potestas Natalibus restituendi, Ci-
vitate, vel Republ. donandi, Collegia, &
Universitates instituendi, & similia. Præ-
rogativa Iustitia sunt, de Ponderibus, &
Mensuris statuendi, de Monetis, & re-
nummaria disponendi; Leges condendi in-
terpretandique; de Vita, & Necessitate con-
stituendi, & similia. Et Ius huiusmodi est
vel à Successione, vel à Suffragiis subdito-
rum; Successio est cum in Locum princi-
pis defuncti, qui sanguine proximus est,
sufficitur. Suffragiis subditorum Ius prin-
cipis acquiritur, cum quis secundum Ius
regni votis subditorum in principem co-
optatur: Ius principis deest in iis qui sunt
de populo, quorum scilicet conditio est infra
Majestatem.*

Princeps vel a Pater Patriæ, est, a D. 48.
penes quem est summa imperii; 22. 19.
quæ majestas dicitur: Postquam po- D. 1.4. 8.
pulus Romanus lege Regia Principi
& in Principem omne suum impe-
rium & potestatem contulit, ex qua
non solum reliqui subditi, sed etiam

- Magistratus ipsi subjiciuntur. Cujus Prærogativæ personales quæ & Regalia dicuntur, sunt potestates quæ ipsius personæ cohærent, eæque vel gratiæ, vel justitiæ. De quarum primis traditur, quod *b* Beneficium Principis quod à divina ejus indulgentia procedit, quam plenissime interpretari debemus, modo non in alterius præjudicium tendat. Cum *c* Aliorum honores, aliis damnorum occasiones fieri non oportet. Et in dubio *d* Princeps beneficii sui est æstimator. Huc spectat: Primo potestas natalibus restituendi, de qua Jureconsultus. *e* Interdum servi nati, ex postfacto juris interventu ingenui fiunt, ut cum Libertinus à Principe natalibus suis restitutus fuerit, illis utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum servus natus esset. II. Potestas civitate vel republica donandi, ex qua *f* Antoninus Pius multis peregrinis jus Romanæ civitatis dedit. III. Potestas Collegia & Universitates instituendi: *g* Neque enim societates, neque Collegium, neque hujusmodi corpus passim omnibus habere
- b* D. 1. 4.
3.
- c* C. 1. 24.
4.
- d* D. 50.
17. 191.
- e* D. 40.
11. 2.
- f* N. 78.
5.
- g* D. 3. 4.
1.
- con-

conceditur. *h* Collegia autem certa *h* *D.* 3.4.
sunt quorum corpus constitutionibus
principalibus conservatum est. *1.*

Ad Prærogativas justitiæ referri
possunt I. Potestas de Ponderibus, &
Mensuris statuendi, cum Principis
jussu *i* Modii ænei, vel lapidei cum
sextariis, atque ponderibus per man-
siones singulasque civitates collocen-
tur. II. Potestas monetæ, unde Im-
perator *k* In monetis tantummodo
nostris cudendæ pecunię studium fre-
quentari volumus. III. Item Potestas
constituendorum Magistratum ad
justitiam expediendam, cum *l* Romæ
ad curam Principis Magistratum
creatio pertinet, non ad populi fa-
vorem. IV. His accensetur quod le-
gum Autoritas ab ipso pendeat. Nam
m Imperator solus & conditor & in-
terpres Legis existimatur, & quod *n*
Principi placuit, Legis habet vigo-
rem, & *o* sacrilegii instar est, rescripto
Principis obviare. Unde ipse Legi-
bus civilibus non astringitur. Nam *p*
In omnibus Imperatoris excipitur
fortuna, cui ipsas leges Deus subje-
cit. *q* Decet tamen Principem, inquit
Paulus, servare leges quibus ipse so-

i C. 10.
70. 9.

k C. 9. 24.
2.

l D. 48.
14. 1.

m C. 1.
14. 12.
n D. 1. 4.

o C. 1. 23.
5.

p N. 105.
2.

q D. 32.
1. 23.

lutus est. V. Denique etiam ad Majestatem spectat potestas vitæ, & necis, cum solus Princeps primario habeat jus gladii, Unde pœna minui, & restitutio in integrum concedi duntaxat à Principe potest; & r Nemo potest commeatum, remeatumve dare exuli, nisi imperator ex aliqua causa.

r. D. 48.

29.4.

SECT. VI.

*De Jure possessionis publica, &
de Jure Rei publica.*

Ius possessionis publica est ex quo Res publicæ habetur, vel potestati publica subicitur, & spectat ad Ius Rei publica, Loci publici, & Fiscus publici. Ius Rei publica sive dominii publici est, ex quo res singula in dominio publico habentur, quarum alie extra commercium constituta sunt, alia sunt in commercio. Extra commercium constituta sunt, quas ad perpetuum usum Res pub. habet, qua privati Iuris fieri non possunt: In commercio sunt, quajunt usus transitorii, qua non minus ac res privatorum inter se, ad dominium singulorum transferri possunt. Et Ius publica rei acquiritur iisdem modis quibus Dominium privata, Occupatione scilicet, Accessione, & Donatione; & quantum in Commercio est, iisdem modis transfer-

Sicut hominibus singulis, ita & Reip. jus in Rebus competit, neque enim publicis minus quam privatis utilitatibus res sunt comparatae. Itaque Resp. ut *a* Municipium possidere potest, idque ex causa Domini, unde *b* Bona publica dicuntur quae sunt populi Romani, Reip. scilicet usibus destinata; Atque horum quaedam ita Reip. sunt, ut non sint in Commercio, *c* quae mores civitatis commercio exuerunt, ut Campus Martius & Basilicae, quae publico usui destinatae sunt. Alia sunt in Commercio *d* quae sunt in pecuniâ populi Romani, non in usu publico habentur. Atque haec iisdem modis, quibus dominium in privatis, acquiruntur. Occupatione scilicet & Inventione; ita, *e* Si quis in publico, vel in Civitatis loco invenerit; dimidium ipsius erit, dimidium fisci, vel civitatis: Item, Accessione, unde *f* Id quod in publico loco innatum, aut aedificatum est, publicum est; & insula quae in publico flumine nata est, publica esse debet. Item, donatione, sive Lar-

a D. 41.

2. 1. 12.

b D. 50.

16. 15.

c D. 18.

1. 34.

d D. 18.

1. 6.

e I. 2. 1.

39.

f D. 41.

1. 65.

- g D. 50. tate privatâ construuntur. Sed g Quod
 8. 1. ad certam speciem civitati donatur,
 ad alios usus convertere non licet.
 h D. 50. At h si quod quis fieri jussit, fieri non
 8. 4. potest, permittitur summam quæ eo
 nomine debetur, in id quod maxime
 necessarium reip. videatur, converte-
 re. Denique quod est Juris publici,
 modo sit in Commercio, in priva-
 torum dominium concedi potest. Ita,
 i D. 41. i in littore publico vel in mari, ad-
 1. 50. hibito Prætoris decreto, extruere li-
 cet. Sed publicis consensus expresse
 k D. 41. intervenire debet; Nam k Res pu-
 3. 9. blicæ populi Romani & Civitatum,
 usucapionem non recipiunt; unde
 l Ep. 141. Seneca, l Negant Iureconfulti quic-
 quam usucapi quod est publicum.

SECT. VI.

De Jure Loci Publici.

Jus Loci publici, sive servitutis publica, est ex quo Locus publicus populi vel subdito- rum usibus inservit, cujusmodi Jus præcipuè habetur in Viis, & Fluminibus publi- cu; Via publica sunt via majores qua in Urbem, aut in Provincias ducunt: Flu- mina sunt in quibus piscandi, vel navi- gandi publicè copia est. In huius sub- ditis

JURISPRVD. PARS IV. 107
*ditu ex benignitate Principis vel Privati
alicujus constituitur : Desuetudine vero
vix tollitur.*

Non solum plenum rerum Do-
minium, sed etiam servitus, vel
usus rei alienæ, reip. competere po-
test. Ita enim usufructus, qui est ser-
vitus personalis, civitati, vel Reip.
utiliter constituitur: & *a* ne perpe- a D. 7. 10.
tuus fiat, quia neque morte, neque 56.
capitis diminutione facile periturus
sit, quâ ratione proprietas inutilis es-
set futura, semper abscedente usu-
fructu, placuit cives centum annos
tuendos esse in usufructu, quia is est
finis vitæ longævi hominis. In ser-
vitutibus realibus minus est dubii,
præcipue cùm proprietas rerum reip.
est usus singulorum subditorû, quod
in locis publicis contingit. Nam
b Loca publica utique privatorum u- b D. 43.
sibus deserviunt, jure scilicet Civi- 8. 2.
tatis, non quasi propria cujusque. Id-
que in Foro, Theatro, & aliis locis
publicis obtinet. Nam *c* Publici Lo- c D. 43.
ci appellatio, & ad areas, & ad insu- 8. 1.
las, & ad agros, & ad vias publicas,
itineraque publica pertinet; maxime
vero in viis, & fluminibus publicis

- d** D. 43. hoc jus curatur. Nam *d* Via publica
 8.2.20. est cujus etiam solum publicum est,
 jus tantum eundi, & agendi subditis
 competit. Nam viæ publicæ solum
 publicum est relictum ad directum,
 certis finibus latitudinis, ab eo qui
 jus publicandi habuit, ut eâ publice
- e** D. 43. iretur, commearetur. Et has *e* Pu-
 8.3.20. blicas vias dicimus quas Græci βασι-
 λικὰς, id est, Regias, Romani Præ-
 torias, & Consulares vias appellant :
- f** D. 43. quæ item *f* Militares dicuntur, &
 7.3. exitum ad mare, aut in urbes, aut in
 flumina publica, aut ad aliam viam
 militarem habent. Quibus prope ac-
 cedunt
- g** D. 43. *g* Viæ vicinales quæ in vici-
 8.223. nis sunt, vel in vicos ducunt, quæ e-
 tiam publicæ sunt, si non ex collatio-
 ne privatorum iter constitutum sit,
 resectio enim idcirco de communi fit,
 quia usum utilitatemque communem
 habet.
- h** D. 43. *h* Flumen à rivo magnitudi-
 12.1. ne discernendum est, aut existima-
 tione circumcolentium, & *i* Flumen
- i** D. 43. publicum definit Cassius, quod pe-
 12.1. renne est: *k* Perenne est autem flu-
 12.1. men, αἰνναος quod semper fluit, at-
- l** D. 43. Torrens, est χειμάρροος quod hyeme
 12.3. fluit. Nec solum *l* Flumina publica
 sunt.

JURISPRVD. PARS IV. 109
 sunt (id est usibus singulorum inser-
 viunt) sed & ripæ & loca quæ ripæ
 cedunt ; Et *m* Ripæ ea putatur quæ *m* D. 430
 plenissimum flumen continet. *n* Se- *12. 3.*
 cundum ripas fluminum , loca publi- *n* D. 431
 ca sunt , & ripæ cedunt , ex quo pri- *12. 30.*
 mum in plano vergere incipit usque
 ad aquam. Et Ius in ejusmodi Locis
 constituitur , vel permissione Rēip.
 cujus fundus est , vel concessione ejus
 o qui loci publicandi jus habuit. Vix *o* D. 430
 est autem ut desuetudine amittatur, *8. 2. 20.*
 p Viam scilicet publicam populus non *p* D. 431
 utendo amittere non potest. *11. 2.*

SECT. VII.

De Jure Fiscī.

*Jus Fiscī, est ex quo Publicum Patrimo-
 nium constituitur, quod constat Rediti-
 bus magis certis, & Compendiis magis in-
 certis. Reditus magis certi sunt, qui ex
 fundis, & locis publicis penduntur, ut
 Pensitationes quæ pro Agris, & Pascuis,
 Canones quæ pro Metallis fodinis, & salin-
 nis, & vectigalia, quæ ob portus, vias,
 aut Pontes publicos solvuntur. Compen-
 dia magis incerta sunt, Ereptitia scilicet
 & Caduca. Ereptitia quæ à vivis pro
 commissis, velut ab Indignis, auferuntur:
 Caduca sunt quæ à mortuis, quibus
 successiones non existunt, devolvuntur, &
 simis.*

*similia. Atque hac pro arbitrio Princeps
vel in usus publicos insumit, vel ad sac-
cessorem suum transmittit.*

Quemadmodum ad sustinendum
onera familiæ Patrimonium
privatum, ad sustinendum onera reip.
patrimonium publicum compara-
tum est, ad quod conducunt, & quæ
sunt in Bonis antiquis Reip. & quæ
sunt in recenti & quotidiano Lucro
Principis. Prioris generis sunt Reditus
& pensitationes *a* fundorum pu-
blicorum, quorum conditio est ut
locentur, non ut in jus privatum
transferantur. Item & *b* Canon me-
talicus (id est quod effossis metallis
reip. penditur) in quo propria loci
consuetudo retinenda est. Item &
c Reditus piscationum, & salinarum,
sed & ejusdem generis sunt *d* vecti-
galia quæ vulgo dicuntur telonia,
quæ *e* Strabo *ἑξαγωγῆς* & *εἰσπραγῆς*
appellat, quæ pro usu rei publicæ,
Portus scilicet, viæ, & similium, in
mercibus invehendis, & evehendis
solvuntur, *f* In quibus etiam vecti-
galibus consuetudo servari solet. Nec
exigi debet ab iis quæ publicis utili-
tatibus inserviunt. Unde *g* Fiscus
ab

a C. 11.

C. 13.

b C. 11.

C. 2.

c F. 2. 56.

d F. 2. 56.

e lib. 17.

f D. 39.

4. 4.

g D. 32.

C. 2.

ab omnium vectigalium præstatione
 immunis est , Et *h* Ad vectigal non
 pertinent res Præsidis , quas ad suum
 usum advehendas mandat , ut nec
i res exercitui paratæ. Posterioris
 generis sunt , quæ & in Regalibus si-
 ve prærogativis Realibus censentur,
 primo cùm quid propter delictum in
 fiscum redigitur , ut *k* Cum adver-
 sus leges commissum est , veluti cùm
 quis ea quæ vectigal debent, professus
 non fuerit , Nam *m* Quod commis-
 sum est, statim definit ejus esse qui cri-
 men contraxit , Item *n* mulctarum,
 pœnarumque compendia. Et *o* Cùm
 quid tacite relictum est non capaci in
 fraudem legis , vel indignus quis hæ-
 reditate dicitur. Nam in fiscum ce-
 dunt *p* quæ ut ab indignis , legibus
 auferuntur , deinde cum propter de-
 fectum hæredis defuncti bona *ἀκλη-
 ρογόμενα* ad fiscum deferuntur , quod
 contingit primum cùm absque illius
 culpâ hæredem non habet. Nam
q Bona vacantia tunc ad fiscum trans-
 feruntur si nullum ex qualibet san-
 guinis linea, vel juris titulo intestatus
 reliquerit hæredem ; deinde cum &
 ex culpâ propriâ quis hæredem non
 habet,

h D. 39.
4. 4.

i D. 39.
4. 9. 7.

k D. 49.
14. 1.

l D. 39.
4. 8.

m D. 39.
4. 14.

n F. 2.
56.

o D. 49.
14. 1.

p F. 2.
56.

q C. 10.
10. 5.

habet, ut qui vel vitâ, vel libertate, vel Civitate excidere meruit. Nam

F. D. 48.

20. 7.

C. D. 48.

20. 7.

& r qui civitatem amisit, hæredem habere non potest, & acquisita fiscus accipit. Æquum tamen existimatum

est, eo quoque casu, quo propter pœnam parentis bona damnatione auferuntur, rationem haberi liberorum, ne alieno admisso graviolem pœnam luant, quos nulla culpa contingit. t Ut qui ad universitatem

C. 9. 49.

30.

venturi erant jure successionis, ex eâ portiones concessas (id est dimidiam partem) habeant, sed nec creditoribus fiscus præjudicium facit, quod

P. D. 49.

14. 11.

u Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt, Id enim bonorum cujusque esse intelligitur, quod æri alieno superest.

S E C T. VIII.

De Jure obligationis publicæ, & de Jure Publicæ Conventionis.

Jus Obligationis publicæ est, ex quo subditæ ad faciendum, vel præstandum aliquid reipubl. causa tenentur, idque ratione Conventionis, Criminis, & Officii publici: Jus, sive Obligatio Conventionis publicæ est, ex

est, ex qua quis pro eo quod agit cum re-
pub. & republ. debitor constituitur, estque
vel *Necessaria*, vel *spontanea*. *Necessaria*
Obligatio est, in quam universi subditi
necessario conveniunt: scilicet pro Cen-
su in Republ. munera sustinere. *Census*
est *Ratio virum*, & *facultatum* subdi-
torum qua sub praesidio Reipubl. proteguntur.
Munera sunt onera qua *Personis*
& *Rebus*, pro necessitate, & utilitate rei-
publ. imponuntur. *Spontanea* est *Obliga-*
tio in quam singuli subditi pro libito
conveniunt, ut, cum quis ex pollicitatio-
ne, vel contractu, ad praestandum aliquid
Reip. se astringit. *Pollicitatio* est promissio
libera, quid perficiendi rei. gratia. *Con-*
tractus est conventio ex causa inita cum
repub. veluti *publica rei Emptio*, *Condu-*
ctio, & *similia*. Denique tollitur huius-
modi *Obligatio* obeundo munera, & praes-
tando id quod quis pollicitus est, vel in
se suscepit.

INter Subditos & Remp. *Obliga-*
tiones non minus quam inter ho-
mines singulos contingunt, quibus
plurimum & viribus, & opibus Reip,
accedit. Et praecipuae sunt quae ex
conventionem oriuntur, & in iis ea, qua
mutuae defensionis, & auxilii intuitu
universi subditi pro Censu in republ.
ad munera astringuntur: idque sum-
ma aequitate, nam cum subditorum
vita

- vita, & opes reip. præsidio contineantur, merito ad remp. sustinendam, & tuendam eorum opera, & opes impendi debent. Etenim *a* si quis aliquem à latrunculis vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accepit, hoc non donatio sed merces eximii laboris appellandum est, quod contemplatione salutis certo modo æstimari non potest. Est vero *b* Census, secundum Theophilum, personarum, & bonorum descriptio, & *c* Gellius, Censum agere, est describere capita subditorum, & eorum patrimonia æstimare. *d* Munera vero, quædam sunt personarum, alia patrimonii. Personale est quod Corporis labore cum sollicitudine animi, ac vigilantia perficitur, vel *e* Personalia sunt quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento, perpetrantur, veluti *f* defensio civitatis, ut quis Syndicus fiat, vel ut *g* Legatus ad sacrarium principis mittatur, quia viaticum, quod Legativum dicitur, solet accipere. *h* Cura quoque emendi frumenti inter personalia munera numeratur, *i* si aliquis fuerit electus ut compel-

pellat eos qui prope viam publicam possident, sternere viam, personale munus est, &c. *k* Patrimonii munus est, in quo sumptus maxime postulatur, & *l* Munera quæ patrimonii indicuntur, duplicia sunt, nam quædam possessoribus injunguntur, siue municipales sunt, siue non sunt, quædam non nisi municipibus, vel incolis. Intributiones quæ agris fiunt vel ædificiis, possessoribus indicuntur. Item *m* Agminales equi, mulæ & Angariæ atque veredi, *n* Munera vero quæ Patrimoniorum habentur (pro bonis scilicet) non nisi municipibus, vel Incolis. Sed *o* Majores septuaginta annis à muneribus personalibus vacant, & *p* Corporalia munera fæminis sexus ipse denegat. Inopia vero non excusat à personalibus. *q* Nemo enim opponat fortunam, & casus tristiores ad hoc solum, ne patriæ idoneus civis esse videatur. *r* Ab aliis oneribus, quæ patrimonii, vel Possessionibus indicuntur, nulla privilegia præstant vacationem, Nam *s* In tributis sunt nervi Reip. Atque ad hæc extendit necessaria quæ universos subditos astringit obligatio.

k D. 502

4. 1.

l D. 50.

4. 6.

m D. 502

4. 18.

n D. 502

4. 6.

o D. 502

6. 3.

p D. 502

4. 3.

q D. 502

4. 3.

r D. 502

5. 1.

s D. 48.

18. 1. 202

tio. Spontanea est obligatio cui aliqui è subditis ultro se subjiciunt, ut, quia aliquid reip. pollicentur, est autem *z* Pollicitatio offerentis solius promissum, quod et si in privatis non obligat, *u* Si quis tamen reipub. vel civitati promiserit, ob honorem sibi decretum, vel decernendum, vel ob aliam justam causam, tenebitur ex pollicitatione. *x* Item si sine causa promiserit, cœperit tamen facere, obligatus est qui cœpit. Et *y* ob casum quem civitas passa est, si quis promiserit se quid facturum, et si non inchoaverit, omnimodo tenetur. *z* Æquissimum enim est voluntates in civitates collatas pœnitentia non revocari: Multo magis obligantur Subditi ex contractu cum reipub. inito, utpote Emptione, & Conductione rei publicæ, & similibus. Nam & res fiscales vendi solent, & *u* justa earum pretia non ex præterita emptione, sed ex præsentis æstimatione constituenda sunt. Et *b* Loca omnia, fundique reipubl. propositis prius licenter edictis, ubi in eum Canonis modum contententium augmento succreverint, ut extendi ultra non possint, per-

r D. 50.*z* 2. 3.*u* D. 50.*z* 2. 1.*x* D. 50.*z* 2. 1.*y* D. 50.*z* 2. 3.*z* D. 50.*z* 2. 3.*a* D. 49.*z* 4. 3.*b* C. 11.*z* 2. 3.

perpetuis conductoribus locantur; Et
e congruit æquitati ut veteres posses- c C. 11.
70. 4.
 fores fundorum publicorum novis
 conductoribus præferantur, si facta
 per alios augmenta suscipiant. Maxi-
 me vero insignis est conductio vecti-
 galium, & *d* Publicani dicuntur qui d D. 39.
4. 12.
 publica vectigalia habent conducta.
 Quo verò melius præstetur quod ex
 hujusmodi contractibus reip. debetur,
 in bonis debitoris *e* Fiscus semper e D. 49.
14. 46.
 habet jus pignoris, & *f* Reliquatores
 ad iterandam conductionem, ante- f D. 39. 4.
9.
 quam superiori conditioni satisfac-
 ciant, admittendi non sunt. Sed & *g* g D. 39.
4. 9.
 Locatio eorum quæ calor licitantis
 ultra modum solitæ conductionis in-
 flaverit, ita demum admittenda est,
 si is qui Licitatione vicerit, fidejussor-
 res idoneos, & cautionem offerre pa-
 ratus sit. Liberatur vero debitor non
 solum solutione ejus quod debetur,
 sed etiam compensatione. Nam *h* De- h D. 39.
14. 46.
 bitoribus fisci, quod fiscus debet, com-
 pensari potest, excepta causa tribu-
 taria, & stipendiorum. *i* Qui vero i D. 39.
14. 46.
 compensationem opponit fisco, intra
 duos menses debitum sibi docere de-
 bet.

SECT.

De Iure Criminis.

Ius, sive Obligatio Criminis est, ex quo quis ob Delictum in Remp., supplicio est obnoxius. Delictum in Rempub. est quo Respub. laeditur; estque vel quod mediate in Rempub. committitur, veluti in personas singulorum, ut homicidium, quo subditi vita tollitur, Scruprum quo mores corrumpuntur, Violentia cum corpus, aut bona invaduntur; vel immediate, quod in personas publicas admittitur, ut Crimen Majestatis, cum vel Princeps qui caput est, vel ipsum Reip. corpus impetitur. Seditio cum plebs, vel vulgus aperte concitatur, & Conjuratio cum plures secretò aliquid in perniciem publicam moliantur, vel in res publicas perpetratur, ut Crimen Peculatus, cum pecunia publica surripitur, Moneta falsa cum nummus corrumpitur, Annona flagellata, cum quid sit, quo annona carior fiat. Tollitur Crimini obligatio, supplicio debito, & condemnatione; supplicium debitum est poena delicto aequalis, eaque vel Capitalis est, ut cum vita gladio, Libertas damnatione in metallum, Civitas deportatione in Insulas adimitur; vel non capitalis, ut cum quis citra iacturam civitatis in certum locum relegatur, vel certo loco interdicitur, aut cum qui verberibus castigatur, aut cum Poena pecuniaria infertur, qua quis scilicet bonis suis mulsetur.

Præ-

PRæterquam conventionem, etiam
 Crimine vel delicto publico, sub-
 ditus reip. ad pœnam, vel supplicium
 obligatur; quod ita de jure inductum
 est, ut pro tranquillitate reip. licet
 pœna ad paucos, metus ad omnes
 perveniat. Delictorum vero materia
 sunt *a* Aut facta, ut furta & cædes; *a D. 48.*
 aut dicta, ut convitia, & infidæ ad- *19. 16.*
 vocationes; aut scripta, ut falsa, &
 famosi libelli; aut Consilia, ut con-
 jurationes & Latronum Consortia;
 Forma autem delicti proprie est ab a-
 nimo. Nam, *b* Delinquitur aut Pro- *b D. 48.*
 posito, aut Impetu, aut Casu. Pro- *19. 11.*
 posito delinquent Latrones, qui fa-
 ctionem habent. Impetu delinquitur,
 cum per Ebrietatem ad manus veni-
 tur. Casu cum in venando telum in
 feram missum, hominem interfecit. *c C. 9. 16.*
 Crimen vero tum contrahitur, si vo- *1.*
 luntas nocendi intercedit, at ea quæ
 ex improvise casu potius, quam frau-
 de accidunt, fato plerumque, non no-
 xæ imputantur. Deinde, delicta cen-
 sentur à circumstantiis, scilicet à
 causa, persona, loco, tempore, qua- *d D. 48.*
 litate & eventu. *d* Causa, ut in verbe- *19. 16.*
 ribus,

ribus , quæ à magistro , vel parente illata , emendationis , non injuriæ grati videntur adhiberi. Persona dupliciter spectatur , ejus qui fecit , & ejus qui passus est , aliter enim puniuntur in iisdem facinoribus , servi quam liberi , aliter qui in dominum parentemve audet , quam qui in extraneum. Locus facit ut idem vel furtum sit vel sacrilegium. Tempus discernit E-mansorem à fugitivo , Furem diurnum à nocturno. Qualitate factum vel atrocius vel levius est ; ut furta manifesta , à nec manifestis discerni solent , expilationes à furtis ; Quantitas discernit furem ab abigeo , nam qui unum suum surripuit , fur est , qui gregem , abigeus. Eventus spectatur , ut à clementissimo quoquo facta. Atque ita de Criminibus in genere. Distinguuntur vero eorum species pro objectis , quæ sunt , vel homines singuli , vel personæ , & Res publicæ. Contra homines singulos delinquitur , I. Homicidio quod est , e cum quis hominem occidit ; maxime cum quis hominis cædem f Sponte & dolo malo committit ; unde g Qui hominem occidit , si non occidendi animo

e D. 48.

8. 1

f D. 48.

8. 2

g D. 48.

8. 1.

nimo hoc admittit, absolvi potest, & qui hominem non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida est. Sed & *h* Nihil interest, occidat quis an causam mortis præbeat. *i* Plus est autem, hominem extinguere veneno quam occidere gladio. Maxime vero nefarium est *k* Parricidium, cum quis parentis aut filii fata properavit, sive clam, sive palam id enisus fuerit. II. Stupro *l* Quod committit qui Liberam mulierem consuetudinis causa non matrimonii continet, vel *m* Stuprum in virginem & viduam, adulterium in nuptam committitur, utroque turpius est *n* incestus, qui est coitus cum sanguinis aut affinitatis contumelia, ut cum privigna, nuru, noverca. Sed & Stupro ut inservit, ita æquiparatur *o* Lenocinium, cum maritus quæstum ex adulterio suæ uxoris facit, aut deprehensam in adulterio non dimittit. Item *p* si quis domum suam, ut stuprum adulteriumve fiat, sciens præbeat. Item *q* Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit; Sed & qui in liberis hunc quæstum exercet; in eadem causa est, sive autem principali-

h D. 48.

8. 15.

i C. 9. 18.

i.

k C. 9. 17.

i.

l D. 48.

5. 34.

m D. 48.

5. 6.

n D. 48.

5. 38.

o D. 48.

5. 29.

p D. 48.

5. 8.

q D. 3.

2. 4.

F

ter

ter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur, ut puta si caupo fuerit, vel stabularius, & mancipialia habuerit ministrantia; & occasione ministerii quæstum facientia. III. Vi & Rapina r Vis est

r D. 48.
6. 10.

cum quis convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, & pulsetur, neque homo occisus sit. Item,

f D. 48.
6. 2.

f cum quis cum hominibus armatis possessorem domo agrove suo dejecerit, expugnaverit. Rapina est cum

z D. 48.
6. 3.

quis r Telis & armis bona alicujus rapuerit. s Armorum vero & telorum

u D. 48.
6. 11.

appellatione omnia ex quibus homines nocere possunt, accipiuntur.

x C. 9.
12. 9.

Et x Crimen non dissimile est, rapere, & scientem delictum, ei qui rapuit, raptam rem servare.

Contra personas publicas delinquitur. I. Crimine læsæ majestatis, quod crimen est proximum sacrilegio, & definitur a Crimen majestatis quod adversus populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur.

a D. 48.
4. 1.

b D. 48.
4. 11.

Idem Perduellio dicitur, & is b Perduellionis reus est, qui hostili animo adversus remp. vel Principem est armatus. Arque hoc crimen etiam com-

mittit

mittit is *c* Cujus opera, consilio, *c* D. 48.
 dolo malo, consilium inicum erit 4. 1.

quo quis Magistratus populi Romani, quive imperium potestatemve habet, occidatur, quove quis contra remp. arma ferat, quive hostibus populi Romani nuntium literasve miserit, signumve dederit, feceritque dolo malo quo hostes populi Romani consilio juventur adversus rempub.

II. Seditiōe, *d* Seditiosi autem sunt *d* C. 9.
 qui plebem contra remp. audent col- 30. *TRUR.*

ligere; & seditiōis etiam reus est *e* *e* D. 48.
 Cujus opera dolo malo consilium 4. 1.

inicum erit, quo cœtus conventusve fiat, hominesve ad seditiōem convocentur. III, Conjuratiōe, *f* Quæ *f* D. 48.

est cum alicujus dolo malo, jureju- 4. 4.
 rando quis adactus est, quo quid ad-
 versus remp. faciat. Restant delicta.

contra res publicas, cujusmodi sunt

I. Crimen Peculatus, quod committitur *g* si quis è pecunia publica quid *g* D. 48.

auferat, intercipiat, vel in rem suam 13. 1.
 vertat. Sed & *h* Qui perforavit muros, vel inde aliquid abstulerit, peculatus tenetur. II. Crimen falsæ mon- *h* D. 48.
 13. 11.

netæ, quod est cum quis *i* adulte- *i* C. 9. 24.
 rinam monetam cudit, vel *k* si quis *k* D. 48.
 1.

F 2 in 13. 1.

in aurum, argentum, æs publicum, quid indit, vel immiscet, vel quo quid indatur, immisceatur, faciat, sciens, dolo malo, quo id pejus fiat.

- 1 D. 48. Item, l Si quis nummos aureos ra-
 11. 8. ferit, tinxerit vel finxerit, m Qui
 m C. 9. nummos falsa fusione formaverit. III.
 24. 2. Crimen Annonæ flagellatæ, est, cum
 n D. 48. quis n contra annonam fecerit, so-
 12. 2. cietatemve coierit, quo annonæ ca-
 o D. 47. rior fiat; cujusmodi crimen est o An-
 11. 6. nonam attemptare, & vexare, ut ma-
 xime Dardanarii solent, id est suppri-
 mere, & justo pretio non vendere.

Pro qualitate Criminis, sive delicti publici, supplicium, vel pœna æqualis subeunda est, unde prout delictorum, ita Pœnarum diversa sunt genera. Videlicet, p sunt pœnæ quæ aut vitam adimant, aut servitutem injungant, aut Civitatem auferant, aut Coërcitionem corporis contineant, aut damnum cum infamia, aut dignitatis aliquam depositionem, aut alicujus actûs prohibitionem. Et in his q Capitalis est qua damnatq vel Mors, vel servitus, vel civitatis amissio contingit. Mors contingit vel r vita adimitur, si damnatus

p D. 48.
 19. 6. &
 8.

q D. 48.
 19. 2.
 r D. 48.
 19. 8.

natus aliquis sit, ut gladio in eum animadvertatur. Et *f* Mortem solam *f* D. 48. ultimum supplicium interpretamur. 19. 21. Servitus contingit *t* Pœna, quæ adimit libertatem, ut puta si quis in metallum, vel opus metalli sit damnatus, sed & *u* Quicumque in ludum venatorium (id est ad depugnandum cum bestiis) fuerint damnati, servi pœnæ efficiuntur. Civitatis amissio contingit deportatione. Nam *x* Inter pœnas est Insulæ deportatio, quæ pœna adimit civitatem, Item *y* Exilium est, & aquæ, & ignis interdictio, quibus eximitur caput de civitate. Et has pœnas consequitur bonorum omnium ademptio. Nam *z* Damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur. Pœna non Capitalis est Relegatio, & interdictio, Corporalis coërcitio, & Pœna pecuniaria. *a* Relegatus is est, cui Provincia, vel Roma, vel continentibus ejus perpetuo, vel ad tempus interdicitur. *b* Differentia est inter Deportationem, & relegationem, nam deportatio civitatem, & bona adimit, relegatio neutrum tollit, nisi specia-

D. 48.
19. 21.
D. 48.
19. 8.
D. 48.
19. 3.
D. 48.
22. 6.
D. 48.
L. 2.
D. 48.
20. 1.
D. 48.
22. 14.
D. 48.
22. 14.

- c* D. 48. 22. 7. liter bona publicentur. *c* Relegatorum duo sunt genera, quidam qui in Insulam relegantur, sunt qui simpliciter, ut provinciis iis interdicitur, non etiam insula adsignetur. Item *d* in certa parte provinciae moraturus relegari potest, ut forte non excedat civitatem aliquam, vel provinciam non egrediatur: *e* Potest & Praeses quendam damnare ne domo sua procedat. *f* Carcer vero ad continendos homines non ad puniendos, haberi debet. *g* Corporalis coercitio est fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio. Denique Poena pecuniaria *h* multa est, quae est specialis peccati animadversio pecuniaria. Et *i* multa ex arbitrio eius venit, qui multam dicit, & *k* multa ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposita. Et *l* Placet ut Praesides iis qui poenam pecuniarum egentes eludant, coërcitionem extraordinariam inducant. Ad poenas vero publicas omnino pertinet, quod earum pleraeque sequatur infamia. *m* Existimatio enim in delicto autoritate legum aut consumitur, aut minuitur: Consumitur existimatio, quoties magna capi-

capitis diminutio intervenit, veluti cum libertas adimitur, & aqua, & igne interdicitur, quæ in persona deportatorum venit. Minuitur existimatio, quoties manente libertate circa statum dignitatis plectimur, sicuti cum relegatur quis, vel ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus cæditur. *n* Ictus vero fustium *n* D.3.26 infamiam non importat, sed causa 22. propter quam id pati meruit, si ea fuit quæ infamiam damnato irrogat, Et *o* o D.48. Crimen vel pœna paterna nullam 19. 26. maculam filio infligere potest. Nam unusquisque ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur. Atque hujusmodi pœnæ sunt sive supplicia ad quæ subditi propter delicta obligentur, quæ tamen ex speciali gratia principis vel minuuntur, vel remittuntur, ita *p* p D.48. Divus Pius in eum qui uxorem in adulterio deprehensam occidit, levio- 5. 38. rem pœnam irrogandam esse rescriptit. Quia difficile est justum dolorem temperare. Et *q* In periculo cap- q D.48. itis constitutus, si adversarium cor- 21. 1. ruperit, ipsi pœna remittitur, quia

Principes ignoscendum ei censuerunt
qui sanguinem suum qualiter qualiter
redemptum voluit.

SECT. X.

De Inre Officii publici.

*Inus, sive Obligatio officii publici est, ex qua
quis ob personam publicam quam sustinet,
reipubl. tenetur; veluti Curator rerum
& operum publicorum, & Magistratus:
quorum utrique debent de iis qua ad
Officiū pertinent, Rationem reddere,
& pro Delictis quibusdam qua circa ipsa-
rum officia contingunt, si commissa fue-
rint, satisfacere. Ad officium Curato-
ri pertinet, in rebus publicis tuendis, &
administrandis, Necessitati, & utilitati
reip. prospicere. Ad officium Magistratus,
Moribus & Disciplina publica intenden-
do, Honestatem, & Tranquillitatem pu-
blicam procurare. Delicta qua circa offi-
cium publicum contingunt, sunt, Crimen
Ambitus, cum quis per coempta suffra-
gia ad officium promovetur. Concussionis,
cum quis colore officii, res alienas extor-
quet. Repetundarum cum quis pro mer-
cede quid magis aut minus in officio facit:
& Residui, cum de pecunia publica ali-
cui commissa aliquid dolose detinetur.*

Postremo, pro personā quam quis
sustinet in rep. oritur officii pu-
blici obligatio: qualis est eorum

I. Qui

I. Qui res ad civitatem, vel remp. pertinentes administrant, qui Operum vel Locorum publicorum curam demandatam habent, à quibus

a Ratio administrationis secundum *a* D. 50. fidem acceptorum, & datorum ponenda est. Et *b* Reip. non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, & hoc amplius diligentiam præstare debent. Quod si plures fuerint, *c* Eorum officium individuum est, ac periculum commune; Unde *d* Curatores communis officii, divisa pecuniâ, quam omnibus in solidum dari placuit, periculo vice mutuâ non liberantur; Et *e* Curator etiam nomine Collegæ tenetur, si intervenire, & prohibere eum potuit. Indemnes autem esse oportet, qui non segniter officio suo functi sunt.

II. Nec minor est obligatio Magistratûs, cui honestas, & tranquillitas publica curæ esse debet, unde præscribitur, Ut *f* Curet is qui provinciam præest, malis hominibus provinciam purgare. Et *g* Congruit bono, & gravi Præsidi, curare, ut pacata & quietâ provincia sit; quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat ut

F 5. malis

Principes ignoscendum ei censuerunt
qui sanguinem suum qualiter qualiter
redemptum voluit.

S E C T. X.

De Inre Officii publici.

In, sive *Obligatio officii publici est, ex qua quis ob personam publicam quam sustinet, reipubl. tenetur; veluti Curator rerum & operum publicorum, & Magistratus: quorum utrique debent de iis qua ad Officiū pertinent, Rationem reddere, & pro Delictis quibusdam qua circa ipsarum officia contingunt, si commissa fuerint, satisfacere. Ad officium Curatorum pertinet, in rebus publicis tuendis, & administrandis, Necessitati, & utilitati reip. prospicere. Ad officium Magistratus, Moribus & Disciplina publica intendendo, Honestatem, & Tranquillitatem publicam procurare. Delicta qua circa officium publicum contingunt, sunt, Crimen Ambitus, cum quis per coempta suffragia ad officium promovetur. Concussionu, cum quis colore officii, res alienas extorquet. Repetundarum cum quis pro mercede quid magis aut minus in officio facit: & Residui, cum de pecunia publica alicui commissa aliquid dolose detinetur.*

Postremo, pro personā quam quis sustinet in rep. oritur officii publici obligatio: qualis est eorum

I. Qui

I. Qui res ad civitatem, vel remp. pertinentes administrant, qui Operum vel Locorum publicorum curam demandatam habent, à quibus

a Ratio administrationis secundum fidem acceptorum, & datorum ponenda est. Et *b* Reip. non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, & hoc amplius diligentiam præstare debent. Quod si plures fuerint, *c* Eorum officium individuum est, ac periculum commune; Unde *d* Curatores communis officii, divisa pecuniâ, quam omnibus in solidum dari placuit, periculo vice mutuâ non liberantur; Et *e* Curator etiam nomine Collegæ tenetur, si intervenire, & prohibere eum potuit. Indemnes autem esse oportet, qui non segniter officio suo functi sunt.

II. Nec minor est obligatio Magistratûs, cui honestas, & tranquillitas publica curæ esse debet, unde præscribitur, Ut *f* Curet is qui provinciæ præest, malis hominibus provinciam purgare. Et *g* Congruit bono, & gravi Præsidi, curare, ut pacata & quietâ provincia sit; quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat ut

F 5. malis

a D. 50.

8. 2.

b D. 50.

8. 6.

c D. 50.

1. 11.

d D. 50.

8. 3.

e D. 50.

8. 9.

f D. 1.

18. 3.

g D. 1.

18. 13.

malis hominibus provincia careat.

- Ut vero alios meliores reddat, in primis seipsum graviter & honeste gerere debet. Itaque *h* Præses in adeundo facilem se præbeat, sed contemni non patiatur. Et proinde, Provinciales in ulteriorem familiaritatem admittere prohibetur, quod Ex conversatione æquali contemptio nascitur dignitatis. Sed & in cognoscendo neque excandescere adversus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet. Id enim non est constantis & recti Iudicis, cujus animi motum vultus detegit, & summatim, ita Ius reddere debet, ut autoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Deinde, *i* Non in totum Xenii abstinere Proconsul debet, sed modum adjicere. De iis, placuit Imperatoribus vetus Proverbium, ἕτε πάντα, ἕτε πάντοτε, ἕτε πάντων, id est, neque omnia, neque quovis tempore, nec ab omnibus. Nam, valde inhumanum est à nemine accipere; sed passim, vilissimum, & ab omnibus, avarissimum. Sed & *k* In Provinciam proficisci Proconsulem melius est sine uxore: sed

h D. 1.
18. 19.

i D. 1.
16. 6.

k D. 1.
16. 4.

sed, & cum uxore potest, dummodo sciat, senatum, Cottâ & Messalâ consulibus, censuisse, ut si quid uxores eorum qui ad officia proficiscantur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur. Uterque, & Curator, sive Rei, sive Operis publici, & Magistratus, ulterius obligantur ex delictis specialibus quæ occasione officii publici committi solent. Cujus generis sunt, I. Crimen Ambitûs, quod committitur, cùm quis in petitione Magistratûs, vel officii publici, delinquit contra Leges, conductis nimirum, vel depravatis suffragiis. Quod crimen etiam imputatur illi *l* qui ante solutionem debiti primitus contracti, idem officium repetere audeat. II. Crimen Concussionis, quod (uti definit Cujacius) est Terror injectus ab eo qui Magistratum habet, pecuniæ vel Rei alterius extorquendæ causa. III. Crimen Repetundarum, quo tenetur, *m* Qui cùm potestatem haberet, pecuniam ob judicandum decernendumve accepit; Vel quo magis aut minus quid ex officio suo faceret. IV. Crimen Residui, quo tenetur *n* qui publicam pecuniam

l C. 9:26.

l.

m D. 48.

n 9.

n D. 48.

13, 12.

- delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum consumplit. Denique, ut delicta quædam sunt Magistratibus, & iis qui officia publica gerunt, specialia, ita & pœnæ speciales sunt, quæ iisdem imponuntur. Ita, o Pœna est ne quis negotiis publicis interveniat, ut, cum alicui sententia præcipitur *δημοσίων ἀπέχεσθαι*, id est, publicis abstinere. p Item, potest alicui pœna injungi, ne honores sive Magistratus adipiscatur; q Sed & potest alicui unus honor interdici. Et is, cui minore honore interdictum est, majorem petere non potest. Sed enim perquam ridiculum, eum qui minoribus, pœnæ causa prohibitus est, ad majores aspirare. Item r Interdici solet Decurionibus ordine, vel ad tempus, vel in perpetuum. Et f D. 1. 9. f Senator propter turpitudinem senatu moveri potest. t Senatu vero motus, Capite non minuitur.
- o D. 48.
19. 9.
- p D. 48.
19. 9.
- q D. 48.
19. 9.
- r D. 48.
19. 9.
- f D. 1. 9.
2.
- t D. 1. 9.
3.

PARS

PARS QUINTA.

SECT. I.

De Iudicio in Genere.

Iudicium est Iuris controversi in foro civili exploratio. Quod cognitione, Decreto, & coërcitione expeditur. Cognitione est cum id de quo controversitur utrinque à Litigantibus aperitur, aut à Iudice coram litigantibus examinatur. Decretum est, quod Iudex circa rem controversam fieri statuit, cum inter cognoscendum, quod Interloquutorium, tum, postquam plene cognovit, quod Decretum Finale appellatur. Coercitio est vis, qua Iudex id quod decrevit, ad exitum perducit & ad Bona scilicet, vel ad Personas extendi solet. In iudicio vero in Genere consideranda sunt Persona, Res, & Actus Iudiciales.

IN Jurisprudentiæ studio, primum est, quid sit Jus cuiusque observare: Secundum, si de eo controversum fuerit, quomodo in Iudicio explicari possit, intelligere. Est, enim Iudicium, secundum Aristotelem in Politicis, α κείσιν ἔδικαίη καὶ ἀδίκη. a l. c. 24. Τῆς πολιτικῆς κοινωνίας τάξις, Justi & Injusti dijudicatio: Civilis Societatis

Or-

- Ordo. Unde à Jureconsultis insignitur, *b* Legitimum præsidium, sive *c* legitimus trames quo calumniantium iniquitates expelluntur. Et idcirco *d* Judiciorum vigor, Jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi permittere valeat ultionem. Judicii vero fundamentum est *e* Causæ Cognitio, quæ tunc intervenit, cum de negotio aliquo, præsentè utraque parte & audita, disceptatur. Deinde à cognitione ad decretum proceditur. Est enim *f* Decernere, post causæ cognitionem statuere. Et denique ut decretum effectum sortiatur, supremum, est Potestas Coërcitionis, Τὸ δὲ δίκαιον ἔμπροσθεν. Nam *g* Jurisdictio sine Coërcitione nulla est. Judex vero pro Jurisdictione & Qualitate negotii, vel *h* Pecuniaria mulcta, vel *i* Pignoribus captis, vel *k* corporali animadversione coërcere potest.
- b* C. 3. 1.
14.
c l. *proam.*
- d* C. 1. 9.
18.
- e* D. 4. 4.
33.
- f* D. 1. 4.
1.
- g* D. 1.
21. 5.
- h* D. 1. 5.
2.
- i* D. 39.
2. 4.
- k* D. 48.
8. 2.

SECT. II.

De Personis Iudicialibus & de Partibus.

Persona Iudiciales sunt, qui Iudicium constituunt, nimirum, Partes, Assistentes, & Index. Partes sunt inter quos Lites est, scilicet Actor qui ad Iudicium provocat, & Reus qui se defendit. Et idonei sunt qui in Iudicio versentur, Majores qui rerum suarum arbitrium habent, & Quibus auxilium Fori permittitur. Minus idonei sunt qui aliorum autoritate egent, vel Qui iure fori exciderunt.

AD Iudicium constituendum Personæ primum concurrunt. Illi scilicet. qui suo nomine vel alieno contendunt, & Qui inter hos iudicandi potestatem habent. In his primo ratio habenda est eorum qui suo nomine agere possunt. Aliis enim Ætas, aliis delictum obstat. Pupillis & Minoribus Ætatis defectus. Nam *a* sicut Pupillus Tutore autore agere & conveniri potest, ita adultus curatore consentiente litem intendere & excipere debet. Ratione Delicti à Iudicio repelluntur Contumaces, & qui Exleges pronuntiati sunt, donec purgetur.

tur vitium, & stent Recti in Curia,
 bD.4.6. Ita b Ei qui decreto Prætoris non
 26. obtemperat, Jurisdictio debet denega-
 cD.4.5. ri. Et c Illi quibus Capitis diminutio
 2. contigit, sive Libertatis sive civitatis
 diminutione, non possunt penitus
 conveniri, nedum contra alios agere.

S.E C T. III.

De Assistentibus.

*Assistentes sunt qui pro aliis in Iudicio inter-
 veniunt. Procuratores scilicet, qui in
 iis qua sunt Facti, proponendis assistunt, &
 Advocati qui ad ea qua sunt Iuru, expli-
 canda adhibentur. Utrique Idonei cen-
 sentur, si eorum Peritia publicè sit dele-
 ta, & Industria ab Actore & Reo impe-
 trata. Minus idonei sunt, qui publicè
 probati non sunt, & qui mandato desti-
 tutuntur.*

A Lieno nomine in Iudicio ver-
 santur, Procuratores & Advo-
 cati, qui adhibentur, quod publice
 utile est, ut controversiæ melius or-
 dinentur, & quod privatorum inte-
 rest, ut aliorum absentia vel impe-
 ritia, aliorum sedulitate & peritia
 succurratur. Ita de Procuratoribus
 aD. 3.3. Jureconsultus, a Usus Procurato-
 8. ris.

ris perquam necessarius est, ut qui re-
 bus suis superesse ipsi vel nolunt vel
 non possunt, per alios possint vel a-
 gere, vel conveniri. Hujusmodi ve-
 ro Procuratores, primo ex eorum
 numero esse debent qui autoritate
 publica admissi, ad forum pertinent.
 Ita enim constituit Imperator, *b* A- ^{b C. 2. 13.}
 lios esse in maximis gloriosissimo- ^{27.}
 rum Magistratum judiciis Procura-
 tores, alios qui iudicibus pedaneis
 ministrent in Litibus. Deinde, Man-
 dato Partis niti debent; quippe *c* Pro- ^{c D. 46.}
 curatorem eum accipere debemus, ^{7. 3.}
 cui mandatum est, vel saltem qui ca-
 vit de rato; quod, *d* Qui alieno no- ^{d D. 3. 3.}
 mine agit, id ratum habiturum eum ^{39.}
 ad quem ea res pertinet, cavere debet.
 Id enim ad defensionem Rei absentis
 permittitur, quia *e* Publicè interest ^{e D. 3. 3.}
 etiam ignorantes defendi. Et *f* De- ^{33.}
 fendere est id facere quod dominus in ^{f D. 3. 3.}
 litem faceret; & cavere idoneè, de ^{35.}
 Judicato scilicet solvendo. Unde Ju-
 reconsultus, *g* Qui alium defendit, ^{g D. 3. 3.}
 satisdare cogitur. Nemo enim alienæ ^{46.}
 litis idoneus defensor sine satisdatione
 intelligitur.

Ad Advocatos, qui & Patroni cau-
 sarum

- hD. 50.** **25. 1.** farumdicuntur , quod attinet, *h* Ad-
 vocatos accipere debemus omnes o-
 mnino qui causis agendis quoquo stu-
 dio operantur. Vel, ut plenius descri-
 bit Imperator, *i* Advocati sunt qui
iC 2. 7. **24.** dirimunt ambigua fata causarum,
 suæque defensionis viribus in rebus
 publicis & privatis lapsa erigunt, fa-
 tigata reparant, & non minus provi-
 dent humano generi, quam si præliis
 atque vulneribus patriam parentesque
 salvarent. Nec enim soli imperio mi-
 litant, qui gladiis, clypeis, & tho-
 racibus nituntur, sed etiam causa-
 rum patroni, qui gloriosæ vocis con-
 fidi munimine, laborantium spem,
 vitam, & posteros defendunt. Sed &
 Advocati cujusque Tribunalis certi
RC. 2. 7. **23.** numero erant, quorum *k* nomina
 matriculæ fori inscribebantur, non
 sine examine & delectu. Ita Impera-
 tor, *l* non aliter consortio advoca-
IC. 2. 7. **21.** torum aliquis societur, nisi prius in
 examine Rectoris provinciæ ex qua
 oriundus est, gesta confiant, quibus
 pateat cohortali vitæ ac fortunæ (quæ
 vilior erat) eum minime subjacere.
 Jurisperitos etiam Doctores jubemus
 juratos sub gestorum testificatione
 de-

JURISPRVD. PARS V. 139
depromere, esse eum qui subrogari
voluerit, peritia Juris instructum.

Advocatis vero pro mandato est
Salarium, quod in Jure *m* Honora- m D. 507
rium dicitur, quod pro modo litis, 13. 1.
proque Advocati facundia, & fori
consuetudine, & judicii in quo actu-
rus est, æstimatione, adhiberi debet,
dummodo licitum Honorariū quan-
titas non egrediatur. n Licita autem n D. 507
quantitas intelligitur pro singulis 13. 1.
causis usque ad centum aureos.

SECT. IV.

De Indice.

*Judex est qui Iudicio præest. In quo requi-
ritur, ut sit Competens & indifferens. Com-
petens est, qui iusta autoritate fulcitur,
id est, qui Iurisdictionem habet Ordina-
riam, vel Propriam ratione Magistratus
vel Persona quam sustinet in Republ. aut
qui Iurisdictionem habet delegatam, id
est, Iudex ab eo qui Iurisdictionem ordi-
nariam habet, substituitur. Indifferens
est, qui Litigantibus aequè favet. Indi-
cem declinare licet, si sit Incompetens re-
cusare, si sit suspectus. Incompetens est,
qui aut omnino Iurisdictionem non ha-
bet, aut non habet in causa de qua con-
trovertitur. Suspectus est qui vel Gra-
tia*

tia, vel sordibus, id est, Quæstus inflecti potest.

INter Personas qui Judicium constituunt, supremum locum Judex obtinet. In quo primum potestas, deinde Voluntas recte judicandi exigitur. Et ad Potestatem quod attinet. præter Magistratus eosque qui Jurisdictionem propriam habent, considerandum est, & Qui Judices dari possunt, & qui Judices dare. Etenim **b.D. 5.1.**
126 Non omnes Judices dari possunt, Quidam enim Natura, quidam moribus, quidam Lege impediuntur. Natura, ut Surdus, Mutus, perpetuo Furiosus, & Impubes, quia Judicio carent. Moribus, Fœminæ & Servi, quia receptum est ut civilibus officiis non fungantur. Lege impeditur qui Senatu motus est. **b.D. 42.**
15. 7. *Ætatis vero gratiam princeps facere potest, Unde, b Si minor Prætor vel Consul Jus dixerit sententiamve protulerit, valebit. Princeps enim qui ei Magistratum dedit, omnia agere decrevit. Præterea, in eo qui Judex datur, requiritur peritia Juris. Ita Imperator, c Non ex usu fori existimamus, ut aliqui Judicum nomen gestent, qui Legum sunt im-*

c.N. 82.1

imperiti, neque ullum in rebus gerendis usum obtinent. Nam si Juris peritiam non habeant, sed aliunde emendicent recte judicandi formulam, quomodo non maximam ea res labem Reip. inferat, si disceptandarum litium potestatem non his tradamus, qui per se sciunt quid factò opus sit, sed sinamus ipsos alios quærere à quibus liceat eos perdiscere quæ in judicando eos proloqui oportet? *d* d D. 5. 1. 12.
 Judices autem dare possunt quibus hoc lege vel consuetudine conceditur. Lege, sicut Proconsul; More vel consuetudine, Præfectus urbis, propter vim imperii, cæterique Romæ Magistratus. Judicis enim munus ei non competit, *e* e D. 1. 12. Qui neque à Principe potestate aliqua præditus, neque ab eo qui dandorum judicum potestatem habet, datus est, nisi Jurisdictioni præsit, vel ex Compromisso sumptus sit, vel aliqua lege confirmatus. Deinde, in jurisdictione deleganda observandum est, quod, etsi *f* f D. 1. 2. 1 quæ jure Magistratus competunt, *i* mandari possunt. *g* g D. 1. 2. 1. 1. Quæcumque specialiter Lege vel constitutione Principum tribuuntur, mandata jurisdictione

- h D. 1.** ctione non transferuntur. Et **h** Quam-
21. 1. vis more majorum Iurisdictionio trans-
 fertur, merum imperium quod Le-
i D. 50. ge datur, non transit. Quia **i** Nemo
27. 70. potest gladii potestatem vel alterius
 coërcitionis, sibi datam, ad alium
 transferre, nisi Iurisdictionio cohæ-
k D. 1. reat. Nam **k** Imperium quod Iurif-
21. 1. dictionio cohæret, Iurisdictionio man-
1 D. 1. 21. datâ simul transit. Denique **l** Manda-
1. tam sibi Iurisdictionio mandare al-
 teri quis non potest, quia qui man-
 datam Iurisdictionio suscepit, pro-
 prium nihil habet, sed ejus qui man-
 davit, Iurisdictionio utitur.

m C. 3. 5. Secundo requiritur ut Iudex sit in-
1. differens. **m** Unde generali lege de-
 cernitur, Neminem sibi esse Iudicem,
 vel sibi jus dicere debere. In re enim
 propriâ iniquum admodum est ali-
 cui licentiam sententiæ tribuere. Et

- n D. 2.** **n** Qui Iurisdictionio præest, neque
11. sibi jus dicere debet, neque uxori,
 nec liberis suis, nec cæteris quos se-
o D. 5. 1. cum habet. Sed **& o** Observandum
47. est, ne is Iudex detur quem altera
 pars nominatim petit, nisi hoc spe-
 cialiter à Principe ad verecundiam
 petiti Iudicis permittatur. Et ex eâ-
 dem

dem ratione, p Idem in eodem nego- pC. 2.6;
 tio non fit Advocatus & Iudex, quo- 6.
 niam aliquem inter Arbitros & Pa-
 tronos delectum esse oportet.

Atque hæc de Personis Iudicia-
 libus.

SECT. V.

*De Rebus Iudicialibus & de
 Duratione Cause.*

*Res Iudiciales, sunt Cause de quibus in Iu-
 dicio controversitur, qua actionem ex
 parte Agentis, exceptionem ex parte rei
 complectuntur.*

*Actio est Ius secundum certam for-
 mulam prosequendi in Iudicio; eaque vel
 Civilis qua à legibus sive à Iure præscri-
 bitur; vel prætoria, qua, ubi deficit Ci-
 vilis, à magistratu conceditur. Exceptio
 est Ius quod ad defensionem sui Reus
 Actoris objicit; vel Dilatoria qua actionem
 differt, vel Peremptoria qua prorsus tol-
 lit.*

*In causis vero Iudicialibus, observan-
 da sunt earum Duratio, Evidentia &
 Meritum.*

*Duratio causa est ex qua in Iudicio de-
 duci & continuari potest. Et habetur,
 dum Litis integra est, & Terminus ad
 agendum pendet. Litis integra est, cui non
 obstat, 1. pactum de non agendo. 2. Trans-
 actio. 3. Compromissum. & 4. Res Iudica-*

ta. 1. Pactum de non agendo est conventio nuda de lite non intentanda. 2. Transactio est conventio ex causa de Lite intentata dimittenda. 3. Compromissum est cum ad privati alicujus arbitrium causa refertur, promissa invicem pœna ni sententia arbitri stetur. 4. Res Iudicata est, cum sententia in alio iudicio lata acquiescitur. Terminus ad Agendum, est vel inchoandi Iudicii cui obstat Prescriptio, vel Prosequendi cui obstat Peremptio Instantia. Prescriptio est cum quæ per lapsum legitimi Temporis, 30 scilicet vel 40 annorum, à Lite intentanda præcluditur. Peremptio Instantia, cum intra legitimum tempus, quod est trium annorum, iudicium non finitur.

Personis quæ Iudicium constituunt, consideratis, consequens est videre quæ res in iudicium deducantur, (quæ sunt Materia Iudiciorum,) & quænam in iis requirantur. Res sive Materia Iudiciorum, sunt Causæ de quibus controvertitur, ad quas, Actiones & Exceptiones competunt. Et *a* Nihil aliud est Actio quam Ius, quod sibi debetur, in Iudicio persequendi. Et generaliter, *b* Actio dicitur, sive in Rem sive in Personam sit petitio. Et quamvis reverrà *c* Minus est actionem habere, quam rem,

a D. 44.

7. 51.

b D. 50.

16. 178.

c D. 50.

17. 204.

rem, propter auxilium tamen quod
in iudicio suppeditatur, *d* Is qui d D. 50.
actionem habet ad rem recuperan- 17. 15.
dam, ipsam rem habere videtur.
e Quoties vero plures concurrunt e D. 50.
Actiones ejusdem rei nomine, unâ 17. 43.
quis experiri debet. Deinde *f* Actio- f l. 4. 6.
nes aliæ ex legitimis & civilibus cau- 3.
sis descendunt, aliæ sunt quas Præ-
tor ex suâ Jurisdictione comparatas
habet. *g* Exceptio est quasi quædam g D. 44.
exclusio quæ opponi Actioni cujus- 1. 2.
que rei solet, ad excludendum id quod
in Intentionem condemnationemve
deductum est. Et *h* Modo eximit g D. 44.
Reum damnatione, modo damnatio- 1. 22.
nem minuit. Deinde, *i* Exceptiones i D. 44.
aut Temporales sunt & Dilatoriæ, 1. 3.
aut Perpetuæ & Peremptoriæ. Tem-
porales & dilatoriæ sunt, quæ non
semper locum habent, sed evitari pos-
sunt, qualis est, cum quis dicit non
licere procuratorio nomine agere;
nam non prorsus litem inficiatur;
sed personam evitat. Perpetuæ & pe-
remptoriæ sunt quæ semper locum
habent, nec evitari possunt, qualis
est rei Iudicatæ. Sed & *k* Exceptio- k D. 44.
nes opponuntur, aut quia factum sit 1. 27
G quod

- quod fieri oportet, ut Rei venditæ & traditæ; aut quia factum sit quod fieri non oportuit, ut Exceptio Doli mali; aut quia factum non sit, quod fieri debuerat, ut Bonorum possessionis non datæ. Et *l* Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit. Tum *m* Nihil interest ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. Et *n* Non utique existimatur confiteri de intentione Adversarii qui Exceptione utitur. Denique *o* Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversæ sint. *p* Unde *p* Nemo ex his qui negant se debere, prohibetur etiam aliâ defensione uti. *q* Quia *q* Favorabiliores Rei potius quam Actores habentur. Nam *r* Cum quis agit, certus esse debet, cum sit in potestate ejus quando velit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

In causâ de quâ agitur, requiritur, ut duret, ut in Iudicium deduci possit. Cui obstat, primum Pactum de non agendo quod inter ipsas partes gratis intercedit. Nam *s* In omnibus quæ ad rem

s D. 2.
14. 7.

ad rem familiarem respiciunt, pacisci licet. Ita & De furto Lex pacisci per- t. D. 2.
mittit, sed &, si quis paciscatur ne 14. 7. 4.
Depositum agat, pactum valet. u D. 2.
Quod si paciscar ne furti agam, vel Injuria- 14. 27.
rum, si feceris, pactum continet tur-
pem causam, & non est observan-
dum. Expedi enim timere Furti vel
Injuriarum poenam: sed, post admissa
hæc pacisci possumus. Secundò, ne
causa in Iudicium deducatur, obstat
Transactio. Nam x Causas vel Li- x C. 2. 4.
tes transactionibus legitimis defini- 16.
tas resuscitari non oportet. Immo
y Qui fidem licitæ transactionis ru- y D. 2.
pit, non exceptione tantum submo- 15. 16.
vebitur, sed & poenam si quam pro-
miserat, præstare cogetur. z Qui ve- z D. 2.

sum, & res Iudicata. Et Compromissum sive Arbitrium est, cum privato alicui controversia dijudicanda refertur. *c* Arbitriorum autem duo sunt genera; unum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa cujus arbitrato fiat; Alterum est ejusmodi, ut sive æquum sit, sive iniquum, parere debeamus. Quod observatur, cum ex Compromisso ad arbitrum itur, id est, cum partes pœnam invicem promittunt nisi sententiæ arbitri stetur. Unde *d* stari debet sententiæ arbitri quam de re dixit, sive æqua sive iniqua, & sibi imputet qui compromisit. Multo magis, ne causa iterum in Iudicium deducatur, obstat Res iudicata quæ ab autoritate publicâ procedit. *e* Res enim Iudicata dicitur, cum finem controversiarum pronuntiatione Iudicis accepit; quod vel condemnatione vel absolutione contingit. Et tunc habetur, cum pars contra quam lata est, *f* sententiæ acquievit; quod præsumitur, *g* cum tempus intra quod provocandum est, sit elapsum. Ita *h* Post rem iudicatam nihil queritur. Nec instaurari finita

c D. 17.
2. 76.

d D. 4. 8.
27.

e D. 4. 2.
1. 1.

f C. 7. 5. 2.
5.

g C. 7. 5. 2.
3.

h C. 7. 5. 2.
5.

nita rerum judicatarum patitur autoritas.

His ex causis expresse à Judicio receditur, Tacite quod ad prosecutionem spectat, Præscriptione, & Peremptione: Præscriptione scilicet triginta annorum in omnibus causis, in nonnullis minori spatio. Ita Imperator; Actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur, sed si qua res vel jus aliquod postuletur, vel persona qualicunque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda. *k* Quæ ergo antea non motæ sunt actiones, triginta annorum jugi silentio ex quo jure competere cœperunt, vivendi ulterius non habent facultatem, non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari ætate duntaxat huic eximenda sanctioni. Postremo, Perimitur potestas agendi, lapsò termino ad finiendam causam præstituto, Ita etiam Imperator; Ne lites fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant, censemus omnes lites de quibuscunque causis pro quibus hominibus inter se litigandum

i C. 7. 39.

k C. 7. 39. 3.

l C. 3. 2. 13.

G 3 est,

est, non ultra triennii metas post litem contestatam esse protrahendas.

SECT. VI.

De Evidentia Cause.

Evidentia causa est ex qua rei controversa veritas apparet, & habetur in iis quae plene probant, & exceptione vacant. Plene probant 1. notorietas facti, cum de eo scilicet palam constat. 2. Praesumptio violenta, quae inferitur ex iustis causis vel circumstantiis. 3. Confessio Iudicialis, quae pars cui quid obijciatur, veram esse agnoscit. 4. Testimonia plurimum quos rei notitiam habent. 5. Instrumenta publice confecta. Exceptione vacant testimonia, cum Persona testium sint honesta conditionis, & utriusque Partium aequae faveant, cum dicta sunt de certa scientia, & scientia rationem certam annexam habent. Desideratur vero evidentia in iis, quae minus plene probant, aut non carent exceptione. Minus plene probant. 1. Facta quae vulgo ita esse traduntur, 2. Conjectura quae à causis remotioribus, aut circumstantiis contingentibus desumuntur. 3. Confessio Extrajudiciali. 4. Testimonium singulare. 5. Instrumenta privata. Exceptione non Carent Testimonia, cum Persona suspecta sunt quod inhonesta sint conditionis, vel alteri partium ex amore, aut odio propensiores; vel dicta sunt de iis quae sensu non percipiuntur, vel absque

Secundo in causis Judicialibus ex-
pendenda est Evidentia ex qua Ju-
dici constat de veritate. Nam quan-
doque *a* Non Jus deficit, sed proba-
tio. Et primo veritas in eo apparet
quod est notorium. Estque *b* Noto-
rietas (secundum Baldum) indubita-
ta rei certitudo, quæ ita se vulgo ex-
hibet, ut negari non possit, de qua di-
citur, quod *c* Notorium probatione
non indiget. Huic affinis videtur fa-
ma, sed fidem plenam non facit, nisi
aliæ probationes adminiculentur, tunc
enim *d* veluti consentiens fama con-
firmat rei de qua queritur, fidem. Se-
cundo, veritas ex præsumptione vio-
lenta, vel necessaria colligitur, quæ
etiam valet si ejusmodi sit, quæ Jure
confirmata reperitur, ut Omnia in
Inventario contenta, ad ejus manus qui
confecit, pervenisse, quia hæc præsum-
tio in Jure reperitur, sic enim Juriscon-
sultus. *e* Si Tutor inventario publice
confecito res pupillares conscripserit,
secundum vires ejusdem scripturæ,
Patrimonium pupilli exigi debet, ne-
que enim hono adeo stultus reperitur

a D. 26.
2. 30.

b Ad C.
9. 2. 7.

c Ad C. 9
2. 7.

d D. 22.
5. 30.

e C. 5. 51.
13.

- ut in publico Inventario scribi contra se aliquid patiatur. Sed & præsumitur etiam pro eo *f* quod veritilimius est, aut plerumque fieri solet, hæc autem præsumtio probationem admittit in contrarium, itaque *g* si Chirographum cancellatum fuerit, licet præsumptione debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor convenitur. Tertio ex confessione Judiciali veritas habetur, unde *h* Post confessionem in Jure factam nihil quæritur, quia in Jure confessi pro Judicatis habentur. Et *i* Qui in Jure confessus est, confessionem suam infirmare non potest, nisi per errorem sit confessus, quod *k* Non fatetur qui errat, nisi Jusignoravit. Quarto, de rei veritate constare potest ex Testimoniis, unde Jurisconsultus, *l* Testimoniorum usus frequens est & necessarius, in his vero primo personarum, deinde dictorum ratio est habenda. Et ad personas quod attinet; *m* Testium fides examinanda est; Ideoque in Persona eorum, exploranda erunt, Impri-
mis conditio cujusque, utrum quis de-
- f* D. 50.
17. 114.
- g* D. 22.
3. 24.
- h* D. 42.
1. 56.
- i* D. 39.
5. 29.
- k* D. 42.
2. 2.
- l* D. 22.
5. 1.
- m* D. 22.
5. 1.
- cu-

curio, an plebeius sit, & an honestæ, & inculpatæ vitæ, an vero quis notatus sit, & reprehensibilis, an locuples, an egens, ut lucri causâ quid facile admittat. Etenim *n* Qui in testimonium adhibentur, illæsa existimatione esse oportet, atque tales qui ob constantem, sibi que consentientem famam, dignitatis, opulentæ, aut professionis, omnem longe calumniam superent, *o* Non humi repentes & *o* N. 90. prorsus rejectæ Conditionis homines, *i*. ignoti, & obscuri, ad dandum testimonium procedant. Sed & in teste requiritur ut sit indifferens, unde *p* Nemo Idoneus testis in re sua intelligitur, & *q* Testis Idoneus Pater filio, aut filius patri non est. Immo ob eandem causam *r* Domestici testimonii fides improbatur, & *s* Idonei testes non videntur, quibus imperari potest ut testes fiant. Quinetiam propter gratiam, vel inimicitias testis suspectus redditur. Itaque *t* Eos ad veritatem iuvandam adhiberi oportet, *u* qui omni gratiæ, & potentatui, fidem religioni Judiciariæ debitam possint præponere. Et *u* Propter Inimicitiam testes à testimonio repelluntur. *v*. *u* N. 90.

G. 5.

Imo.

- x. C. 4.** **20. 17.** **I**MO **x** si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur, licebit ei personam eorum excipere, si ostenderit inimicitias inter illos postea emeruisse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt. Ad dicta testium quod spectat, primum testimonium singulare minus
- y C. 4. 20.** **9.** **U**nus enim testimonium nemo Judicum in quacunque causa admittere debet, etiamsi præclaro
- z D. 22.** **5. 12.** **C**uriæ honore præfulgeat. **z** Ubi vero certus numerus testium non requiritur, duo sufficiunt, pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Et hujusmodi testimonia minime valent, cum nec ratione, nec probatione alia confirmentur. Nam
- a C. 4. 20.** **3.** **S**olam testatione prolatam, nec aliis adminiculis approbatam causam, nullius momenti esse certum est. Et **b** vana, & veluti per transennam concepta testimonia, nulla ratione fidem obtinent. Sed nec satis probant testimonia, quæ vel nimium consentiunt, vel nimium inter se differunt, unde
- c D. 22.** **3. 3.** **J**udex habet observare, **c** Utrum unum eundemque & præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea de quibus in-
- terro-

terrogatum est, ex tempore verisimilia
 responderint. E contra, *d* Si qui plane *d* N. 90.
 contraria sibi ipsis, aut inter se pu- 3.
 gnantia protulerint, eorum testimo-
 nia rejici debent. Quinto, ad facien-
 dam fidem instrumenta adhibentur,
e quæ fiunt, ut quod actum est, facilius *e* D. 22.
 probari possit, unde *f* Eandem fidem *f* C. 4. 2. 1. 4. 2.
 obtinet fides Instrumentorum, quam 15.
 depositiones testium, maxime si sint
 publica. Nam *g* Censuræ, & monu- *g* C. 2. 2. 3. 16.
 menta publica potiora testibus esse,
 Senatus censuit. Cæterum Instrumen-
 tum debet esse Authenticum, nam *h*
 Qui convenitur, non ex exemplo, sed *h* D. 22. 4. 2.
 ex authentico conveniendus est. Dein-
 de errore vacare debet, nam *i* Veritas *i* D. 1. 18. 6.
 rerum erroribus gestorum non vitia-
 tur, multo magis dolo, unde *k* Ca- *k* D. 22. 4. 2.
 lumniosam scripturam vim in Judi-
 cio obtinere non convenit. Deinde
 varietas in instrumentis ipsis vim au-
 fert. Ita, *l* Scripturæ diversæ fidem *l* C. 4. 2. 1. 14.
 sibi invicem derogantes, ab una ea-
 demque parte prolata, nihil firmita-
 tis habent.

SECT. VII.

De Merito Cause.

Meritum cause est, in quantum Iuri congruit, quod recte aestimatur ex sententia Iuris, & ex Equitate. Sententia Iuris est planus & apertus sensus Iuris, prout in universum intelligitur. Equitas est Iurivatio ad casus particulares, pro diversis circumstantiis accommodata. De merito causa male statuitur, cum quis exemplo, aut privato affectu ducitur. Exemplum est quod in causa consimili semel fortassis obtinuit. Affectus privatus est qui ad privatam sui vel alterius commo- dum inclinatur.

Tertio causæ meritum est perpendendum, idque est quatenus ad Justitiam accedit; quod primum ad expressam sententiam juris refertur, ad quam Iudices, maxime inferiores, respicere debent. *a* Etsi enim Iudices, de facto, prout ipsis religio suggerit, sententiam proferre possunt, non tamen ut facti quæstio est in potestate Judicantis, ita Iuris autoritas ejus voluntati mandatur, sed auctoritati legis reservatur. Et *b* Illud observare debet Iudex ne aliter judicet, quam legibus, aut moribus proditum est.

a D. 4. 1.
79.

b I. 4. 17.
14

est. Itaque sensus verborum imprimis observandus est, quod *c* In re dubia melius est verbis edicti servire; idque verum, etiamsi rigorem continere videantur; ita Jurisconsultus, *d* Perquam durum est, inquit, sed ita lex scripta est. Sed & causæ meritum etiam ad æquitatem referri potest, nam *e* Judices, inquit Aristoteles, (præcipue ii, penes quos aliquod juris est arbitrium) id quod æquum sibi videtur, statuere possunt, & quemadmodum Lesbii suam regulam, ita Jus ad factum, prout circumstantiæ requirent, inflectere; ita etiam Jurisconsultus, *f* Judex æquitatem ante oculos habere debet. Etsi *g* in quaestione de bono, & æquo, sæpe sub auctoritate Juris scientiæ perniciose erratur. Æquitatis autem est, primum, defectum Juris scripti ex certa ratione supplere, ita Jurisconsultus, *h* Si quis vicinum impediatur aggerem in agro suo reficere, qui factus vicino prodesse possit, permittenti non nocere, datur actio utilis, quia hoc æquitas suggerit, etsi jure deficiamus. Secundo ad æquitatem pertinet, pro ratione legis, ejus sententiã ultra

ver-

c D. 14.

1. 1. 20.

d D. 40.

9. 12.

e 5. Ethic.

f D. 13.

4. 4.

g D. 45.

1. 9.

h D. 39.

3. 2.

- verba extendere, aut intra verba re-
i D. 1. 3. stringere. Pro primo facit, quod **i**
12. Non possunt omnes articuli sigilla-
 tim legibus comprehendi, sed cum
 in aliqua causa sententia earum mani-
 festa est, is qui Jurisdictioni præ-
 est, ad similia procedere, atque ita
k D. 1. 3. jus dicere debet. Nam, **k** quo-
13. ties lege aliquid introductum est,
 bona occasio est, cætera, quæ ten-
 dunt ad eandem utilitatem, vel inter-
 pretatione, vel certe Jurisdictione
 supplere. Pro posteriore, quod æqui-
 tas scilicet restringat legem, Regula
 est, Cessante ratione, cessat lex; Ita
 cum mulier infamis esset quæ intra
l D. 3. 2. annum luctus nubit **l** propter turba-
11. tionem sanguinis, ea quæ intra legiti-
 mum tempus partum ediderat, statim
 potuit se in nuptiis collocare, quia
 nulla sanguinis turbatio metuebatur.
m C. 3. 1. Tertio, æquitatis est rigorem juris
8. mitigare. Ita Imperator, **m** Placuit
 in omnibus rebus præcipuam esse ju-
 stitiæ, æquitatisque potius, quam stri-
n D. 50. cti juris rationem. Et **n** Semper in
17. 56. dubiis benigniora sunt præferenda, &
o D. 50. **o** In omnibus quidem, maxime ta-
17. 90. men in jure æquitas spectanda est. Ita
 de

de merito causæ recte statuitur, secundum sententiam Juris, & æquitatem: haud ita ab exemplo; quippe *p* Non exemplis, sed legibus judicandum est. Et *q* præfidi provinciæ spectandum est, non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat. Pessime vero statuitur à privato affectu, qui cum nec à lege, nec ab exemplo procedat, jus novum dici potest, de quo Prætor decrevit; *r* Qui magistratum, potestatemve habebit, si quid in aliquem novi juris statuerit, ipse quandoque adversario postulante, eodem jure uti debet, scilicet ut quod ipse in persona alterius æquum crediderit, id in ipsius quoque persona valere patiatur. *f* quod edictum, inquit Ulpianus, summam æquitatem habet, sine cujusquam justa indignatione; quis enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit?

p C. 7. 45.

13.

q D. 2.

18. 12.

r D. 2. 2.

1.

f D. 2. 2.

1.

Hæc de rebus Judicialibus earumque requisitis.

SECT.

SECT. VIII.

De Actibus Iudicialibus, & de conventionione Partium.

Actus Iudiciales sunt, quæ à Iudice & litigantibus fiunt ut iudicium explicetur; & constant conventionione Partium, disceptatione, & decisione litis. Conventio partium est actoris & rei ad forum Iudiciale deductio, quæ Citatione, & compulsione paratur, Comparitione & Cautionis præstatione impletur. Citatio est absenti ut in ius veniat, ex mandato Iudicis, denuntiatio. Compulsio est Contumacia, id est, ejus qui comparere nolit, coercitione aliqua coactio. Comparitio est cum Actor & Reus seipsos in iudicio præsentem sistunt, vel Procuratores, qui pro ipsis interveniant, constituunt. Cautionis præstatio est, cum litigantes datis fidejussoribus, vel alia idonea cautione se invicem securos faciunt, id quod in Iudicio statutum fuerit, hæc irritum fore.

Post personas & Res Iudiciales, superest videre qui sint Actus, vel quis sit ordo & modus procedendi; In quo primum est Conventio Partium, quarum præsentia omnino est necessaria, quod **De unoquoque negotio præsentibus omnibus quos causa contingit, iudicari oportet.** Con-

ve-

veniendus autem est Reus foro suo,
 nam *b* Actor sequitur forum Rei, *b* C. 3. 19.
 quod sortitur primùm à domicilio: 3.
 sed & *c* Si quo constitit non iure do- *c* D. 5. 11.
 micilii, sed tabernam, pergulam, Hor- 19.
 reum, Armarium, vel officinam con-
 duxit, ibique distraxit, egit, defende-
 re se eo loci debet, deinde à contra-
 ctu, & delicto. Nam *d* Si quis aliquid *d* D. 5. 12.
 unde obligatio oritur, certò loci egit, 19.
 etsi ibi domicilium non habet, ibi
 debet se defendere: quod etiam ad de-
 licta extenditur, quod *e* ubicunque *e* D. 5. 11.
 aliquis obligatur, ibi contrahi videtur. 20.
 Ut vero; convenient partes, vocan-
 do in Ius sive Edicto iudicis, & Com-
 pulsione efficitur. *f* In jus vocare est *f* D. 2. 4.
 juris experiendi causâ vocare, & *g* om- *g* 1. 4. 16.
 nium actionum instituendarum 3.
 principium est in jus vocatio. Uti-
 que enim imprimis adversarius in jus
 vocandus est, id est, ad eum vocan-
 dus, qui Ius dicturus est. Magistra-
 tûs vero nomine denuntiatio fit tri-
 bus edictis, deinde edicto Perempto-
 rio. Nam *h* ad Peremptorium Edi- *h* D. 5. 11.
 ctum hoc ordine venit, ut primò 68.
 quis petat post absentiam Adversarii;
 Edictum primum, mox alterum *i* per 69.
 inter-

- intervallum , non minus decem dierum, *k* & tertium , quibus propositis , tunc Peremptorium impetret, quod inde hoc nomen sumit, quod perimat disceptationem , hoc est , non patiatum adversarium tergiversari. Et
- l* nonnunquam hoc Edictum datur post unum vel alterum , nonnunquam statim , quod appellatur unum pro omnibus. Et *m* in edicto Peremptorio comminatur is qui Edictum dedit , etiam absente diversa Parte, cogniturum se & pronuntiaturum. In jus autem vocatio fieri debet legitimo tempore ; nam jure constitutum est, *n* ne quis Messium , Vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire , quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. Sed & *o* qui statim in Jus rapi nolit, de se sistendo in Iudicio cavere potest. Nam non quælibet injuria est duci in jus etiam qui satis idoneum fidejussorem dedit. *p* Fidejussor autem iudicio sistendi datus pro rei qualitate locuples dari debet; & fidejussor locuples videtur dari non tantum ex facultatibus , sed etiam ex conveniendi facilitate. *r* Contumax est,

k D. 5. 1.
70.

l D. 5. 1.
72.

m D. 5.
1. 71.

n D. 2.
12.

o D. 2. 8.
5.

p D. 2.
8. 2.

r D. 42.
1. 53.

est, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, quod Peremptorium dicitur, presentiam sui facere contemnit. Compellitur vero quis ad comparandum, contumaciam ejus plectendo; quod fit multis modis; & primo / Cum dies Edicti Peremptorii supervenerit, absens citatur, & si non responderit, agetur causa & pronuntiabitur. Quod & si is qui edictum Peremptorium impetraverit, absit die cognitionis, is vero adsit adversus quem impetratum est, circumducendum est Edictum Peremptorium. Penam autem contumacis non patitur, quem adversa valetudo vel majoris causae Occupatio defendit. Comparitio habetur, cum quis seipsum sistit, vel procuratorem ad lites pro se constituit, quanquam x qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causae suae adesse non prohibetur. Et y Procurator sub conditione, & ex die & usque ad diem dari potest, & z ante litem contestatam libera potestas est, vel mutandi Procuratoris vel ipsi domino judicium accipiendi: Post litem autem contestatam, non nisi causa prius cognita. Sed & plures.

Pro-

f D. 5. 27
73.

t D. 5. 17.
73.

u D. 427.
1. 53.

x D. 3. 30
69.

y D. 3. 30.
3.

z D. 3. 30.
16.

Procuratores quis constituere potest.

- a D. 3.3.** *a* Qui vero dedit diversis temporibus
 31. procuratores duos, posteriorem dando, priorem prohibuisse videtur. Et
- b D. 3.3.** *b* pluribus procuratoribus in solidum
 32. simul datis, occupantis melior est conditio, ut posterior non sit in eo quod prior petit Procurator. Postquam partes in Judicio comparuerunt, ne Judicium sit abusorium utrinq; Cautio interponi debet, ab Actore scilicet de lite prosequenda, & de expensas solvendo; Ita Imperator. *c* Non aliter libelli reis porrigantur, nisi actor apud actorum publicorum monumenta fide dignum fidejussorem præbeat; quod & ad terminum usque litis assidebit, & actionem vel per se vel per legitimum procuratorem expediet: Et si injuste litem movisse ostendatur, sumptuum & expensarum nomine decimam ejus quantitatis partem, quæ libello comprehenditur, reo restituet. A reo vero Cautio præstari debet de Judicato solvendo, vel de in judicio usque ad finem litis permanendo. *d* Judicatum solvi expeditam habet quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum
- c N. 112.**
 2.
- d D. 46.**
 7.9.

JURISPRVD. PARS V. 165
 tum Judex pronuntiaverit. *e* Hodie *e* l. 4. 11.
 vero, inquit Imperator, Si quis con- 2.
 veniatur, satisfationem pro litis æ-
 stimatione dare non compellitur, sed
 pro sua tantum persona quod in judi-
 cio permaneat usque ad terminum li- f D. 2. 8.
 tis. *f* Sciendum est autem possessores 15.
 immobilium rerum satisfacere non
 compelli, & *g* si calamitas fidejusso- g D. 2. 8.
 ribus insignis, vel magna inopia ac- 10.
 cidit, causa cognita ex integro satis-
 dandum erit. Satisfatio vero est non
 solum fidejussoria, sed & Juratoria,
 & Promissoria. *h* Satisfatur enim h l. 4. 11.
 cum committitur alicujus promissio- 2.
 ni cum jurejurando, quam juratoriam
 cautionem vocant. Sed & *i* Satisfat- i D. 5. 02
 tionis appellatione etiam repromissio 16. 61.
 continetur, qua contentus fuit is cui
 satisfatio debebatur.

SECT. IX.

De Disceptatione causa.

*Disceptatio est eorum qua utrinque ad cau-
 sam conducunt, explicatio, qua declara-
 tione Actoris, Defensione Rei, Probatione,
 & Refutatione hinc inde continetur. De-
 claratio Actoris, est descriptio causa
 quam intentat. Defensio Rei, est eorum
 quibus*

quibus se tuetur Enarratio. Probatio est eorum qua declarantur, confirmatio, qua Responsione Rei, Productione, Examinatione, & publicatione testium, & exhibitione instrumentorum perficitur. Refutatio est Confirmatio juru, quo Reus nititur, & probationum Actoris infirmatio, qua iidem agentis Responsione, adversis testibus, & instrumentis contrarius expeditur.

Postquam partes in iudicio convenerunt, ad disceptationem causae proceditur, In qua primum ut constet inter partes, & innotescat Judici quid petitum sit, a actio edi solebat.

a D. 2.
133. 1.
b D. 2. 1.
3.

b Edere autem erat in libello complecti, & copiam describendi facere; nam æquissimum videtur eum qui acturus est, Actionem edere, ut proinde sciat Reus utrum cedere an contendere ultra debeat. Et, si contendendum putet, veniat instructus ad agendum, causa cognita qua convenitur. Deinde, cum editur libellus, statutum est ut **c** citatus viginti dierum spatium habeat, ut sive iudicium recusare, sive debitum agnoscere, & amicè cum adversario suo transigere voluerit, ejus agendi licentiam habeat. Si Reus ulterius contendere velit,

lit,

lit, fit litis contestatio, quæ constat affirmatione unius, & contradictione alterius litigantis, ex qua causa in iudicium, vel ad cognitionem Iudicis deducitur, nam *d* Res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante Iudicem Reo cognita. Inter actionem enim editam & litem contestatam multum interest. Lis enim contestata videtur, cum Iudex per narrationem negotii causam audire cœperit. Et *e* non solet deterior esse conditio eorum qui litem contestati sunt, quam si non, sed plerumque melior: deinde, lite Contestatâ Iuramentum calumniæ utrinque præstari debet. Ita imperator, *f* Sancimus in omnibus litibus non aliter neque Actorem, neque fugientem in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem & Responsionem principales personæ subeant Iuramentum; & Actor quidem juret, non Calumniandi animo Litem se movisse, sed existimando bonam habere causam, & Reus non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse juraverit quod putans se bonâ

d C. 3.9.
1.

e D. 50.
17.86.

f C. 2.59.
2.

- bonâ instantiâ uti ad reluctandum pervenerit : *g* si quis verò litigantium hujusmodi Iuramentum præstare noluerit, Actor quidem amissionem actionis, Reus verò condemnationem sustineat. Iuramento Calumniæ hinc inde præstito, ad probandum proceditur ; *h* Actori verò incumbit probatio, ei scilicet qui dicit, non qui negat. *i* Licentia tamen conceditur ei cui onus probationis incumbit, Adversario suo de rei veritate jusjurandum inferre, ut iudex juramenti fidem sequutus, sententiam suam formare possit. Nam *k* cùm difficilis sit probatio, voluit prætor astringere eum qui convenitur, ex suâ in iudicio responsione ; ut vel confitendo vel mentiendo se oneret. Alterius verò confessio alteri non nocet, unde *l* Procuratorem fateri non sufficit, & *m* Alius pro alio non debet respondere cogi, de se enim debet quisque in iudicio interrogari. Et *n* licet Respondendi pœnitere, si quis postea plenius instructus instrumentis, vel epistolis amicorum de jure suo edoctus fuerit. Cum verò confessio adversarii Actorem non relevat,
- inter-

intentionem per testes & instrumenta probare potest, & o Iudex personarum vel instrumentorum gratiâ dilationem dare rerum necessitate cogitur: dilationes verò secundum locorum distantiam moderandę sunt; itaque p Si ex eadem provinciâ ubi lis agitur, vel personę vel instrumenta poscantur, non amplius quam tres menses indulgentur, si verò ex continentibus provinciis, sex menses custodiri iustitię est. In transmarinâ dilatione novem menses computari oportet. Et q Iudices non sibi concessum intelligant dandę dilationis arbitrium, sed eandem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, & necessitas desideratę instructionis exegerit, non facile amplius quam semel, nec ullâ trahendi arte sciant, esse tribuendam. Intra dilationem ad probandum testes volentes recipiendi, inviti compellendi sunt, ita enim de volentibus præcipitur, r Curet Magistratus cujusque loci testari volentibus, & seipso, & alios testes & signatores præbere, quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum salva sit. De invitis com-

o C. 3. 11.
1.

p C. 3.
11. 1.

q C. 3.
11. 1.

r D. 22.
5. 22.

H pel-

- f C. 4.
 20. 16. pellendis, § Constitutio jubet in judiciis unumquemque cogi testimonium perhibere de iis quæ novit, cum sacramenti præstatione, vel jurare se
- t D. 22.
 5. 3. nihil compertum habere. † Testes tamen non temerè evocandi sunt à signis, vel muneribus, perhibendi testimonii causa. Quinetiam ¶ in exhibitione testium talis debet esse
- n C. 4.
 20. 11. Cautio judicantis, ut iis venturis ad judicium ab his per quos fuerunt postulati sumptus competentes dentur, Et x Constitutionibus principum
- x D. 22.
 5. 1. licentia producendi testes, ad sufficientem numerum coarctatur, ut Iudices moderentur, & eum solum numerum què necessarium putaverint, evocari patiantur, ne effrænata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur. Testes verò quicumque in præsentia adversarii admitti & juramento onerari debent. y Si quis testes apud Iudicem producere voluerit, & eorum testimonia publicare, Adversarius moneatur, ut eo præsentem Iudex attestations recipiat. Quod si venire noluerit, etiam eo absente attestations recipiat, & perindè valebunt
- ac si

ac si eo præsentē receptæ fuissent :
 Testes verò , & Iurisjurandi religio- 2 C. 4. 20.
 ne , priusquam perhibeant testimo- 9.
 nium , arctari præcepit Constantinus.
 Denique in examinatione testium , &
 vox , & vultus observari debent , nam
 plurimum in excutiendâ veritate a D. 48.
 etiam vox ipsa & cognitionis subtilis 18. 10.
 diligentia affert. Nam & ex sermone,
 & ex eo quâ quis constantiâ , quâ tre-
 pidatione quid dixerit , quædam ad
 illuminandam veritatem emergunt.
 Unde Imperator Hadrianus rescri-
 psit , b Testibus se , non testimoniis b D. 22.
 crediturum. Ad probandam inten- 5. 3.
 tionem suam per instrumenta , non
 solum quæ in ipsorum potestate sunt,
 proferre possunt , sed & ea quæ penes
 alios sunt , edi postulare. Etenim c O- c D. 2. 13
 mnibus postulantis & jurantibus 9.
 se non Calumniæ causâ petere , ratio-
 nes quæ ad se pertinent , Prætor edi
 jubet , Nec privata modo sed etiam
 publica , quippe d is apud quem res d C. 2. 1
 agitur , mandabit acta publica exhibe- 2.
 ri inspicienda ad investigandam veri-
 tatis fidem : sed non ea quæ ad adver-
 sarium pertinet , quod e neque juris, e C. 2. 1.
 neque æquitatis ratio permittat ut 4.
 H 2 alio-

aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas fiat. Actore enim non probante qui convenitur, et si nihil ipse præstet, obtinebit.

Denique eodem modo quo in probando actor, in refutando procedit Reus. *g* Nam in exceptionibus dicendum est Reum partibus Actoris fungi, unde *h* qui excipit, probare debet quod excipitur, & *i* non debet Actori licere quod Reo non permittitur.

g D. 22. Reus. *g* Nam in exceptionibus dicendum est Reum partibus Actoris fungi, unde *h* qui excipit, probare debet quod excipitur, & *i* non debet Actori licere quod Reo non permittitur.

3. 19.
h D. 22.
3. 9.
i D. 50.
17. 41.

SECT. X.

De Decisione Litis.

Decisio litis est causa controversa à Iudice terminatio, quæ procedit prolatione sententia & demandatione sententia executioni. Profertur sententia cum Iudex de eo quod compertum habet, pronuntiat, absolvendo scilicet, Vel condemnando. Demandatur sententia executioni, cum Iudex id de quo pronuntiavit, vigore alicujus coercionis effectum sortiri facit. Impeditur autem decisio litis, Appellatione & Querela Nullitatis. Appellatio est cum quis contra prolatam sententiam ad Iudicem superiorem provocat: Querela Nullitatis est cum impugnatur sententia eo quod nulliter lata expresso jure

erro-

*errore, vel omisſis in ordine judiciario
neceſſario requiſitis, effectum nullum
fortiri debeat.*

CUM de cauſa inter partes plene
diſceptatur, Judex ad ſententiam
proferendam procedit, à quo quæ-
dam in ipſa ſententia, quædam in mo-
do proferendi, ſunt obſervanda. In ip-
ſa ſententia. I. ut ſit conformis li-
bello, quia *a* ultra id quod in Judi-
cium deductum eſt, poteſtas Judi-
cis excedere non poteſt. II. Ut pro-
bationibus fundetur, nam *b* præſes
provinciae id ſequi debet quod con-
venit ex fide eorum quæ probabun-
tur. III. Ut ſit de re certa, quod
c curare debet Judex ut omnino quan-
tum ei poſſibile eſt, certæ pecuniæ vel
rei ſententiam ferat, etiamſi de incer-
ta quantitate apud eum actum ſit. IV.
Quod ſit absoluta, quia *d* ſub condi-
tione ſententia dicenda non eſt. V. Ut
condemnationem, vel abſolutionem
contineat. Nam *e* Definitiva ſenten-
tia quæ abſolutionem vel condemna-
tionem non continet, pro juſta non
habetur. In modo ferendæ ſententiæ
requiritur, I. Ut cum ſint plures ju-

a D. 10.
3. 18.

b D. 1.
18. 6.

c 7. 4. 6.
32.

d D. 49.
4. 1.

e C. 7. 45.
3.

- dices, omnes præsentés sint, & major pars consentiat. Nam *f* tunc universi iudices judicare intelliguntur, cum omnes adsint. *g* Duo autem ex tribus iudicibus uno absente judicare non possunt, quippe omnes judicare iussi sunt, sed si adsit & contra sentiat, statur duorum sententiæ. *h* Inter pares vero numero iudices, quod pro Reo statutum est, obtinet, & si in diversis summis condemnent, minima est spectanda. II. In præsentia partium sententia ferri debet, nam
- i* *C. 7. 43.* *i* ea quæ statuuntur adversus absentes, non per contumaciam denuntiationibus ex more conventos, iudicatæ rei firmitatem non obtinent. III. Ut cum matura deliberatione proferatur. *k* Iudices enim non subitas sed habita deliberatione post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, scriptasque ex libello partibus legant. Principalem deinde causam sequitur causa expensarum. Et enim *l* cum Lis fuerit decisa, sciant omnes Iudices victum in expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis litium expensis juraverit. Sententia lata post justum
- tem-

tempus executioni est demandanda.

m Executio autem fit, cum post *m C. 7.*
sententiam inter partes (audita omni *53. 8.*

& discussalite) prolatam, rei judi-
catae vigor ad effectum perducitur.

Cujusmodi Executio iis fieri debet
qui potestatem habent, Ita *n* Magi- *n D. 42.*
firatus Populi Romani iudicum à se *1. 15.*

datorum sententias exequentur, &
o sententiam Romæ dictam, etiam *o C. 42. 2.*

in provinciis possunt præfides, si hoc *15.*
iussi fuerint, ad finem persequi. Tem-
pus vero intra quod sententia effectum

sortiri, ac executioni demandari de-
bet, à Iudice statuitur. Nam *p* qui *p D. 42.*

pro tribunali cognoscit, non semper *1. 3.*
tempus iudicati servat, sed nonnun-
quam arctat, nonnunquam prorogat,

pro causæ qualitate & quantitate, vel
personarum obsequio, vel contuma-
cia. Executionem sententiæ impedit

Appellatio. Estque *q* Appellandi usus *q D. 49.*
& frequens & necessarius, quippe cum *1. 1.*

iniquitatem iudicantium vel imperi-
tiam corrigat. Et omnibus permit-
titur contra quos profertur sententiâ,

nam *r* si quis provocatione interpo- *r C. 7. 62.*
sita suspecti iudicis velit prolatam evi- *30.*

tere sententiâ, in hac voce liberam

- mC.7.62. habet potestatem, sed & *m* alio con-
 4. demnato, is cujus interest, appellare
 n C.7.65. potest. *n* Ejus vero, qui per contu-
 1. maciam absens, cum ad agendum
 vocatus esset, condemnatus est nego-
 tio prius perscrutato, Appellatio re-
 C.7.65. cipi non potest; *o* Nec argumentis
 2. convictus, testibus superatus, voce
 etiam propria confessus, auditur Ap-
 p. D. 49. pellans. Sed & *p* Si quis ante senten-
 2. 1. tiam professus fuerit se à Judice non
 provocaturū, indubitate provocandi
 auxilium perdidit, sicut & is qui po-
 stea sententiæ acquievit. Ita Impera-
 q C.7.43. tor *q* Ab eo judicato recedi non po-
 3. test, quod vobis absentibus, igno-
 rantibus, & indefensis, prolatum esse
 dicitis, si ubi primum cognovistis,
 non illico querelam detulistis. Sen-
 tentia enim quæ ita prolata est, firmi-
 tatem non habebit, si ei non sit com-
 modatus assensus. Deinde ab inferiore
 iudice ad superiorem est appellandum
 r N.23.4 cum *r* non oporteat ad pares iudices
 appellationes referri, sed à minore
 iudicio ad majus tribunal ascendere;
 nec per saltum licet appellare, quare
 f D. 49. Appellationes quæ recta ad princi-
 2. 21. pem factæ sunt, omissis his ad quos
 debuc-

debuerunt fieri, eximio ordine, ad
 præfides remitti debent. At *t* Frustra *t* *D.* 49.
 est admonere à principe appellare fas *z.* 1.
 non esse, cum ipse sit qui provoca-
 tur; Cum etiam *u* interdum ita so- *u* *D.* 49.
 let Imperator judicem dare, ne liceat *z.* 1.
 ab eo provocare. Præterea *x* & in *x* *C.* 7. 62.
 majoribus, & in minoribus negotiis *z.* 0.
 appellandi facultas est, sed non ab in-
 terlocutoria sententia, quod *y* non *y* *C.* 7. 62.
 nisi audita omni causa atque discussa, *z.* 6.
 post sententiam dictam appellare con- *z.* *D.* 42.
 venit, sed & *z* si res dilationem non *z.* 7.
 recipiat, non permittitur appellare,
 veluti, ne frumentum in usum mili-
 tum in annonæ subsidia contrahatur.
 Et *a* ab executione sententiæ non li- *a* *D.* 17.
 cet appellare. Quin & *b* si quis in *b* *C.* 7. 70.
 quacunque lite iterum provocaverit;
 non licet ei tertio in eadem lite super *z.* 1.
 iisdem capitulis provocatione uti. *d* *d* *N.* 23.
 Illi qui appellare velit, decem dies ad *z.* 1.
 appellandum constituuntur, & decem
 dierum spacium à recitatione senten- *e* *D.* 49.
 tiæ numerandum est. Sed appellare *z.* 5.
 licet vel ipso die inter acta viva voce,
 vel postea infra legitimum tempus
 dando libellos appellatorios. Et *f* li- *f* *D.* 49.
 belli appellatorii ita sunt concipiendi, *z.* 1.

H 5

ut

ut scriptum habeant, & quis appellet,
& adversus quem; & à qua sententia

- g D. 49.** *g* Appellatione iuterposita, sive ea
7. 1. recepta sit, sive non, medio tempore
 nihil innovari debet. Recepta appel-
 latione tam diu nihil erit innovan-
h C. 7. 62. dum, quam diu de appellatione fue-
3. rit pronuntiatum. *h* Appellatione in-
 terposita in eo statu omnia, quo tem-
 pore pronuntiationis fuerunt, esse de-
i. C. 7. 62. bent, *i* Si quid in agendo negotio
6. minus se allegasse litigator credide-
 rit, quod in iudicio actus fuit omissum,
 apud eum qui de appellatione cogno-
k C. 7. scit, persequatur. Sed & *k* si probatio-
63. 4. nes illo quidem tempore defuerunt,
 verum apud sacros cognitores sine
 procrastinatione probari poterant, id
 quoque eos admittere licet, quo ex-
 ercitis jam negotiis pleniore verita-
l C. 7. 62. tis lumine subveniatur. *l* Ne vero te-
6. mere ac passim omnibus provocandi
 facultas præbeatur, qui malam litem
 fuerit persecutus, pœnam à compe-
 tenti Iudice sustinere debet.

Secundò effectus sententiæ tolli-
 tur querelâ Nullitatis, estque Nulli-
 tas sententiæ vitium, ex quo ab ini-
 tio irritum censetur, nec appellatione
 ne

ne opus habet, sed declarato vitio nulla pronuntiatur. Ejusmodi vitium est, cum sententia continet expressum juris errorem. Unde *m* Non m D. 42. l. 19. jure profertur sententia, si specialiter contra leges vel constitutiones fuerit prolata, & si quis ex hâc sententiâ appellaverit, & præscriptione summotus sit, minime confirmatur ex hac præscriptione sententia, sed potest causa ab initio agitari. Nam etsi sententia contra jus litigatoris appellatione reformari debet, contra jus constitutionis lata eâ opus non habet. Quia *n* Cum contra sacras n D. 49. l. 1. Constitutiones judicatur, appellationis necessitas remittitur. Contra Constitutiones autem judicatur, cum de jure Constitutionis, non de jure Litigatoris, pronuntiatur. Ut *o* si o D. 49. l. 1. Judex, volenti se à Curâ muneris vel tutelæ, ratione Liberatorum, vel Ætatis, aut Privilegii excusari, dixerit neque Filios, neque Ætatem, aut privilegium ullum ad muneris vel Tutelæ excusationem prodesse, de jure constituto pronuntiasse intelligitur: Quod si de jure suo probantem admiserit, sed idcirco contra eum

sententiam dixerit, quod negaverit cum de Ætate, aut de numero Liberiorum probasse, de Iure Litigatoris pronuntiavit: quo Casu Appellatio est necessaria. Multo magis, *p* Impossibile præceptum Iudicis, aut cui pareri per rerum naturam non potest, nullius est momenti. Item, *q* Si calculi error sit in sententiâ, appellare necesse non est, & citra provocationem corrigitur. Denique *r* Pro lata sententia contra solitum Iudiciorum ordinem, autoritatem rei iudicatae non obtinet. Nam *s* non vox omnis Iudicis iudicati continet autoritatem, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi constitutum sit. Et *t* Condemnatum accipere debemus eum qui ritè condemnatus est.

p D. 49.
3. 2.

q D. 49.
8. 1.

r C. 7. 45.
4.

s C. 7. 45.
7.

t C. 42.
1. 4.

PARS SEXTA.

SECT. I.

De Iudicio Privato.

Iudicium privatum est in quo Actio privata a processu communi & coercionem leviori expeditur. Actio privata est qua pro Iure aliquo privato competit, eaque & de causa graviori intentatur, in qua majus prejudicium, vel de causa leviori in qua minus prejudicium vertitur. Processus communis est qui secundum ordinem usitatum exercetur, isque vel Plenarius, quo plus deliberationis permittitur, & sollemnitatis major adhibetur, vel summarius, in quo dilationes quantum fieri potest, amputantur, & actus mere solennes omittuntur. Coercitio levior est qua ad bona extenditur, ut Captio Pignoris, qua certum quid apprehenditur, & detinetur, vel Missio in bona, qua adversarius in possessione rei certa, vel quorumcumque bonorum constituitur, donec decreto Iudicii obtemperatum fuerit. Estque Iudicium privatum vel status, vel Possessionis, vel obligationis Privatae.

Iudicia privata sunt quæ de Actionibus privatis, (id est) quæ hominibus singulis contra singulos competunt, instituuntur: & hujusmodi.

- modi Actiones sunt vel majoris præjudicii, de quibus ipsi magistratus
- a C. 3. 3. vel Iudices ordinarii, *a* ex officio suo
2. debent cognoscere, vel levioris præjudicii, *b* in quibus, iis alios Iudices dandi licentia est permessa. Nam
- b C. 3. 3. *c* quædam sunt negotia, in quibus
3. c C. 3. 3. *c* superfluum est moderatorem expectare provinciæ, ideoque Pedaneos Iudices, hoc est, qui negotia humiliora disceptant, constituendi Præsides habent facultatem. Deinde in Judiciis privatis & plenarie & summarie proceditur, ut plurimum, & in gravioribus causis, plenarie, unde
- d C. 3. 1. *d* Imperator, *d* Iudices oportet rei
9. Qualitatem plenariâ inquisitione discutere, & tunc utramque partem sæpius interrogare, numquid novi addere desideret, cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per Judicem, sive ad majorem potestatem referenda sit. In Processu vero plenario, omnes Actus & termini Judiciales observantur, ut in initio non solum Citatio, sed etiam libelli oblatio, & Litis contestatio, in Progressu non modo dilatio ad probandum, sed & terminus ad

ad proponendum omnia & ad Concludendum ante sententiæ prolationem adhibeantur. In nonnullis tamen, in levioribus scilicet quæ moram non ferunt, *e* Judex summam cognoscere debet, id est, actus solum substantiales permittere, quales sunt Citatio, Probatio, & sententiæ pronuntiatio, absque formali libelli oblatione, & Litis contestatione, & sine termino ad proponendum omnia & ad Concludendum. Denique in Judiciis privatis Coërcitio levior ut plurimum exercetur, qua quis in bonis, quod mandato vel decreto Judicis non obtemperarit, plectitur; ita ob contumaciam in non comparendo. *e* Si quis in jus vocatus non ierit, ex causa à competente Judice multâ pro Jurisdictione Judicis damnari potest. Sed & *f* si latitet & non defendatur, mitti potest adversarius in possessionem bonorum ejus, ut habeat scilicet: *g* Secundum mensuram declarati debiti, ex primo (quod aiunt) decreto, debiti conservandi causa. Deinde ut si statuto ulterius tempore non compareat, autoritate Judicis ex secundo decreto *h* possideri, vendique

e D. 101
4. 5.

e D. 2. 59
2.

f D. 2. 59
19.

g N. 53
4.

h D. 42
4. 7.

- i D. 42. que jubeantur. i Latitare autem est
4. 7. turpis occultatio sui, sive Latitare est
cum tractu aliquo latere, & copiam
sui in Publico non facere. Et sive quis
eodem loci agat, sive alio, sive pere-
gre, si occursum creditoris evitet,
latitare videtur. Ita etiam ut senten-
tiæ Iudicum executioni demanden-
k D. 42. tur, k Judices primo res mobiles, &
x. 15. animales pignori capi jubent, mox
distrahi, quæ si non suffecerint, etiam
res soli pignori capi, & distrahi ju-
bent. Et si neque quæ soli sunt, suffi-
ciunt, tunc pervenitur ad jura. l Pi-
gnorum autem gratiâ, aliquid quod
ad culturam agri pertinet auferre non
convenit.

S E C T. II.

*De Iudicio Statûs privati: & de
Iudicio Libertatis.*

*Iudicium Statûs est in quo de statu alicuius
controvertitur; In specie Iudicium statûs
est vel libertatis, vel Civitatis, vel Fami-
lia.*

*Iudicium libertatis est quo queritur
quis liber sit nec ne, cum qui ex servitute
in Libertatem proclamat, vel ex libertate
in servitute petitur.*

In

IN judiciis privatis primum occurrit Judicium Status, de quo aliquando principaliter controvertitur, aliquando incidenter, ut quæstio Status quæstioni alteri præjudicium afferat. Et primum ad tuendum statum in genere judicium institui potest, ex L. diffamari. C. de Ingenuis, quâ rescriptis Imperator, Cum Præses à diffamato de statu interpellatus, adversam partem vocasset, ut Contradictionem faceret, si defensionibus suis confideret, & constaret Præsidentem commotum allegationibus diffamati sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinem sustineret, ut si adhuc adversa pars perseveret in eadem obstinatione, aditus Præses Provinciae eum ab injuriâ temperare præcipiat: In quo Judicio ad instantiam ejus cui Quæstio movetur, is qui Quæstionem movet, in Jus vocatur, & si non probet quod intendit, silentium ei imponitur, & nisi obtemperet, ulterior pœna.

Circa libertatem utrinque institui potest Judicium Libertatis, quod & Liberale Judicium appellatur. Et

a C. 7.
14. 5.

b D. 40.
c si 12. 7.

e D. 40. *c* si quis ex servitute in Libertatem
12. 7. proclamet, Petitoris partes sustinet, si
 vero ex Libertate in servitutem petatur, is partes Actoris sustinet qui servum suum dicit, *d* Si ex possessione servitutis in Libertatem quis proclamet, ibi agi oportet Status causa, ubi domicilium constitutum habet is qui se dominum dicit. Sed & hoc iudicio, propter ingratitudinem, manumissus, in servitutem revocari potest, ut, *e* Si manumissor qui est æqualis patri, à liberto aliquid patiatur malignum, injurias forsitan asperas aut indecentes, tum si quid eorum legitimis probationibus passum se convicerit is qui libertatē dedit, Libertus in priorem statum est restituendus.

e N. 78.
3.

S E C T. III.

De Iudicio Civitatis.

Iudicium Civitatis est in quo quaritur quis Civis sit necne, utpote cum qui peregrinus habetur, contendit se esse Civem, Vel et qui se pro Cive gerit, de Peregrinitate excipitur.

DE Jure Civitatis agitur principaliter rariss, quia aliorum vix inter-

JURISPRVD. PARS VI. 185
 interest, aliquando tamen, ut apparet ex celebri oratione Ciceronis pro Archia Poeta; incidenter vero læpe, nimirum cum de iis primario contenditur, quæ ad cives duntaxat spectant, ut de Jure testandi, hæreditates percipiendi, & similibus. *a* De ejus vero Conditione qui quinquenium ante mortem ut Civis Romanus vixit, quæri non debet. *b* Et cum quæritur quis civis vel municeps sit necne, ex ipsis rebus probationes summi oportet, nam sola nominis similitudo ad confirmandum cujusque originem satis non est.

a D. 46
 15. 1.

b D. 5. 1
 38.

SECT. IV.

De Iudicio Familia.

Iudicium Familia est in quo quaritur de Potestate, vel de Jure quod quis habet in familia, ut primo cum quaritur qui in aliena potestate sit necne, deinde cum agitur de potestate in alios, ut ad matrimonium contrahendum, ad uxorem recuperandam, ad matrimonium dirimendum. Item ad Liberos alendos, ad Liberos recuperandos, ad Liberos illegitimos excludendos. Denique cum quaritur de potestate Tutoris, causa nullitatis tutela, vel excusationis à tutela, vel amotionis à tutela.

Cum

CUm multiplex sit jus familiæ, multiplex etiam de eo jure solet esse Judicium; & Primo cum quæritur quis in potestate patris sit necne, si ab alio detinetur, *a* Pater qui in sua potestate esse dicit, ad Interdictum de filio ducendo ire debet, si à nullo detinetur, *b* cessat hoc Judicium, sed succedit notio Prætoris, & apud eum disceptetur utrum quis in potestate sit, an non sit. Secundo circa Matrimonium, I. Ad matrimonium contrahendum competeat Actio ex Sponso; olim enim, uti tradit Servius apud *c* A. Gellium, qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri; qui daturus erat, itidem spondebat se daturum. Is contractus stipulationum sponsonumque dicebatur Sponsalia, & si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat. Judex quamobrem data acceptave uxor non esset, quærebat, si nihil justæ causæ videbatur, litem pecunia æstimabat, quantique interfuerit eam uxorem accipi aut dari, eum qui spo-

a D. 43.

29. 4.

b D. 43.

28. 3.

c 4. 4.

sponderat aut qui stipulatus e-
 rat,condemnabat. Secundo agitur ad
 contractum matrimonium proban- d D. 254
 dum, cum *d* An aliqua uxor fuerit 4. 30
 necne,disceptatur,in quo iudicio pro-
 bationes non solum ab instrumentis
 pendent, cum *e* neque sine nuptiis e C. 5. 44
 instrumenta facta ad probationem 130
 matrimonii sunt idonea, diversum
 veritate continente, neque iure con-
 tractum matrimonium, non inter-
 positis instrumentis irritum est, cum
 omissa quoque scriptura cætera nu-
 ptiarum indicia non sunt irrita; Tertio
 etiam agitur ad uxorem restituend- f D. 434
 dam, *f* Interdicto de uxore exhiben- 29. 20
 da & ducenda, quo etiam Pater qui
 filiam in potestate habet, recte conve-
 nitur. Quod si ipsa ad maritum redire
 noluerat, *g* nulla causa probabili in- g D. 494
 terveniente, pœnis dissidii coërce- 15. 8.
 tur, id est *h* amittet dotem & lucra h C. 5. 174
 nuptialia, nec intra quinquennium 8.
 alteri nubet. Denique etiam ex causa
 divortii agitur ad matrimonium di-
 rimendum: iuxta autem causa divor-
 tii est, *i* Si mulier maritum suum i C. 5. 174
 adulterum, homicidam, veneficum, 8.
 vel contra imperium aliquid molien-
 tem

rem invenerit, vel si ad contemptum sui domusve suæ, ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus cœtum ineuntem si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, si verberibus, quæ ingenuis aliena sunt, sevientem probaverit. Si maritus uxorem adulteram, veneficam, homicidam, aut extraneorum virorum, se ignorante vel nolente, convivia appetentem, aut ipso invito foras pernoctantem, vel theatralibus ludis, se prohibente, gaudentem; vel sibi veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, aut manus audaces ingerentem probaverit, tunc ei necessaria discedendi facultas permittitur, & causas dissidii legibus comprobare.

Tertio circa filiationem inter liberos & parentes instituitur actio, de liberis agnoscendis, unde *l* Si vel parens neget filium, idcircoque se alere non debere contendat, vel filius neget parentem; summam Judices oportet super eâ re cognoscere, & si constiterit filium vel parentem esse, tunc ali jubebunt; cæterum si non constiterit, nec decernent alimenta.

Et

l D. 25.
4. 5.

Et *m* si quis ex his alere detrectet, *m* D. 257
 pro modo facultatum alimenta con- 4. 5.
 stituuntur : quod si non præstentur,
 pignoribus captis & distractis coge-
 tur satisfacere. Sed & parentibus con-
 tra alios pro liberis abductis vel de-
 tentis succurritur, Interdicto de libe-
 ris exhibendis , quo Prætor sic jubet,
 * Qui quæve in potestate Lucii Ti- n D. 437
 tii est , si is eave apud te est , dolove 19. 1.
 malo tuo factum est , quo minus es-
 set , ita eum eamve exhibeas. Deni-
 que in judicio quæritur , aliqui liberi
 legitimi sint necne , in cujusmodi
 causis præsumptio est à nuptiis ; unde
 o Filius definitur qui ex viro & uxore o D. 1. 67
 ejus nascitur ; item pro iis qui ab ea 6.
 nati sunt quæ palam uxor habebatur ;
 ita p qui vicinis , vel aliis scientibus p C. 5. 4;
 uxorem liberorum causa domi ha- 9.
 buit , ex qua filia suscepta est, quam-
 vis neque nuptiales tabulæ , neque ad
 natam filiam pertinentes , id est, na-
 tivitatis scripturæ factæ sunt , non
 ideo minus veritas matrimonii , aut
 susceptæ filiæ , suam potestatem ha-
 bet.

Quartò circa Tutoris potestatem
 in judicio quæritur. Primo cum agi-
 tur

tur *Causa nullitatis Tutelæ*, id est, cum quis priusquam se negotiis immiscuit, se nulliter constitutum probare intendit. Nam *q* qui non iuste dati sunt tutores, hoc est, à quibus non oportet, aut quos non oportet, aut quo non oportet modo, si neque confirmati sunt, neque administraverint, sunt immunes. Secundo cum agitur ad excusandum se ab onere tutelæ, ex causis scilicet coram magistratu propositis & comprobatis, quales sunt *r* Numerus trium liberorum, Tria onera tutelæ non affectatæ, Administratio rei fiscalis, Absentia Reip: causa, Paupertas, adversa valetudo, literarum imperitia, ætas minor 25, major 70, Militia, professio artium ingenuarum. Tum vero *f* quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet: Peragendo autem huic negotio ex die Numerationis quatuor menses continui constituti sunt. Tertio, cum agitur ad alium amovendum à Tutela ex iusta etiam aliqua causa. *r* Sciendum est enim, ob dolum in Tutelâ admissum, suspectum licere postulare, si forte

q D. 27.
1. 13.

r l. 1. 25.

f l. 1. 25.
16.

t D. 26.
10. 3.

JURISPRVD. PARS VI. 193
 forte grassatus in tutela est ; si sordide egit , vel perniciosè pupillo , vel aliquid interceptit ex rebus pupillaribus. Item , *u* Si fraus non sit admittà , sed lata negligentia , quia ista prope fraudem accedit , removeri tunc quasi suspectum oportet. Sed & *x* Tutor qui ad alimenta pupillo præstanda copiam sui non facit , suspectus est , potestque removeri ; & generaliter , *y* Si qua justa causa Præto-
 rem moverit , cur non debeat in ea Tutela versari , rejicere eum debet. Denique *z* suspectos Tutores postulandi actio quasi publica est , & omnibus patet.

u D. 26.
 10. 7.
x D. 26.
 10. 3. 14.
y D. 26.
 10. 3. 12.
z D. 26.
 10. 1.

S E C T. V.

De Iudicio Possessionis : & de Iudicio Dominiis.

Iudicium Possessionis est , in quo agitur ad Possessionem vel retinendam , vel ad possessionem recuperandam. Deinde in specie agitur ad Rem Possessionem Iudicio Dominiis , usus , & Patrimonii.

Iudicium Dominiis est quod de dominio rei singularis instituitur ; ut cum quis agit ut Rem propriam quam alius detinet , recipiat , vel ut res sibi cum alio communis dividatur , vel ut Limites pradiorum designentur.

I

Ju-

- I**udicia quæ Personarum statum concernunt, sequuntur Iudicia de Possessione rerum. Omnis enim realis Actionis finis est ut quis quod suum est, quiete possideat. Estque
- a** *D. 44.* *a* in Rem Actio per quam Rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus; & semper adversus eum est qui rem possidet. Ad possessionem vero agitur aliquando ex causa possessionis in genere, aliquando in specie ex Causa Domini, usus, vel Patrimonii.
- b** *D. 43.* *b* De Possessione in Genere, omnis controversia aut eo pertinet ut retinere nobis liceat quod possidemus, aut ad hoc ut quod non possidemus, restituatur nobis, unde ad retinendam possessionem comparata sunt Interdicta Uti Possidetis, & utrubi. Interdicto uti possidetis, Prætor sic denuntiat, **c** Uti eas ædes de quibus
- c** *D. 43.* *c* agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, quo minus ita possideatis, vim fieri veto. Et **d** hoc interdictum huius Rei causa redditur, ne vis fiat ei qui possidet, primo ne possessione rei immobilis deturbetur, nam scri-

scriptum est *e* de soli possessore, quem *e* D. 43.
 Prætor in soli possessione potio- 17. 1.
 rem habet. Deinde *f* sufficit etiam ei qui *f* D. 43.
 ædificare in suo prohibetur, etenim 17. 3.
 videtur alicui possessionis contro-
 versiam facere, qui prohibet eum uti
 possessione sua, denique *g* locum ha- *g* D. 8.
 bet si quis prohibeatur qualiter velit, 5. 8.
 suo uti.

Interdicto utrubi Prætor sic ait, *h* D. 43.
b Utrubi hic homo de quo agitur, 31. 1.
 majore parte hujus anni fuit, quo mi-
 nus is eum ducat, vim fieri veto. Et de
 possessione rerum mobilium locum
 habet, ejusque vis exæquata est Inter-
 dicto uti possidetis, quod de posses-
 sione rerum soli competit, ut is *i* in *i* D. 43.
 hoc interdicto vincat qui nec vi, nec 31. 1.
 clam, nec precario, dum super hoc
 ab adversario inquietatur, posses-
 sionem habet.

Ad recuperandum possessionem a-
 gi potest ex Interdicto Unde vi, & ex
 constitutione Valentiniani. Interdi-
 ctum unde vi, sic se habet, *m* Unde *m* D. 43.
 tu illum vi dejecisti, aut familia tua 16. 1.
 dejecit, de eo quod ille ibi tunc habuit,
 judicium dabo. Et ad eos pertinet qui
 de solo, vel de re solo cohærenti de-

n D. 43. jiciuntur. Sed & vim facit qui
 16. 11. non finit possidentem eo quod possi-
 det uti arbitrio suo, sive in serendo,
 sive in fodiendo, sive in arando, sive
 quid omnino faciendo per quod libe-
 ram possessionem adversarii non re-
 liquit. o Qui vero vi dejectus est,
 16. 1. quicquid damni senserit, ob hoc
 quod dejectus est, recuperare debet,
 pristina enim causa restitui debet quã
 habiturus erat si non fuisset dejectus.

Constitutione Valentiniani de re-
 stituenda possessione rerum mobilium
 providetur: Et si pro iis etiam ex cau-
 sa furti vel vi bonorum raptorum et-
 iam actio competit: Ea vero consti-
 tutio est hujusmodi, p Si quis in tan-
 tam furoris audaciam pervenerit, ut
 7. possessionem rerum apud homines
 quoslibet constitutarum ante adven-
 tum judicialis arbitrii violenter inva-
 serit, Dominus quidem constitutus
 possessionem quam abstulit, restituat,
 & dominium Rei ejusdem amittat, si
 vero alienarum rerum possessionem
 invasit, non solum eas possidentibus
 reddat, verum etiam æstimationem
 earundem restituere compellatur.

• Ita de re habenda agitur ex causa
 Pos.

Possessionis in genere; in specie agitur Primo ex causa dominii, q *D. 6. 1.*
 tur Primo ex causa dominii, q *Rei 23.*
 vindicatione quæ est in rem actio, quæ
 competit ei qui aut jure Gentium, aut
 jure Civili dominium acquisivit, qua *r D. 6. 9.*
 scilicet *r Res vindicatur ab omni- 9.*
 bus qui tenent & restituendi faculta- *f D. 6. 1.*
 tem habent. Item *f Hac in rem a- 27.*
 ctione tenetur qui dolo desiit posside-
 re, & *r Locum habet in his quæ solo- t C. 6. 1.*
 continentur, & in omnibus rebus *68.*
 mobilibus tam animalibus quam his
 quæ anima carent. Ejusque effectus
 est *u* ut qui restituere jussus Judici *u D. 6. 1.*
 non paret, si quidem habeat rem; ma- *68.*
 nu militari officio judicis possessio
 transferatur, ut fructuum omnisque
 causæ condemnatio fiat: si vero non
 potest restituere nec dolo fecit quo-
 minus possit, non plus quam quanti-
 res est (id est) quanti adversarii in-
 terfuit, condemnandus sit: si dolo fe-
 cit quo minus possit, is quantum ad-
 versarius in litem sine ulla taxatione in
 infinitum juraverit, damnandus sit.

Secundo agitur ex causa dominii,
 Judicio de communi dividundo, *x Per x D. 10.*
 quod judicium corporalium rerum *3. 4.*
 fit divisio inter eos qui dominium

y *D. 10.* habent, *y* Et si non omnes qui rem
3. 8. communem habent, sed certi ex his
 dividere desiderant, hoc iudicium in-
z *D. 10.* ter eos accipi potest. Sed & *z* sicut
3. 4. ipsius rei divisio venit in iudicio de
 Communi dividundo, ita etiam præ-
 stationes veniunt, & ideo si quis im-
 pensas fecit, consequetur.

Tertio ex causa dominii agitur actio-
 ne finium regundorum, addistinguen-
 dum limites, inter eos qui fundos vi-
a *D. 10.* cinos habent, Et *a* hæc Actio in per-
1. 1. sonam est, licet pro rei vindicatione
b *D. 10.* est, *b* in hoc Iudicio Finium regun-
1. 4. dorum ratio habetur etiam ejus quod
 interest. Quid enim si quis aliquam uti-
 litatem ex eo loco percepit, quem vi-
c *D. 10.* cini esse apparet? Deinde *c* in finali-
1. 11. bus Quæstionibus, vetera monu-
 menta, & Censuræ autoritas ante litem
 inchoatam ordinati sequenda est, mo-
 do si non varietate successionum &
 arbitrio possessorum fines additis vel
 detractis agris postea permutari pro-
d *D. 10.* bentur. Sed & *d* ad officium de fini-
1. 8. bus cognoscendis pertinet mensores
 mittere, & per eos dirimere finium
 quæstionem ut æquum est (si ita res
 exigit) oculisque suis subjectis locis.

De-

Denique *e* Judici finium regundorum permittitur, ut ubi non possit dirimere fines, per adjudicationem controversiam dirimat. Quinetiam *f* si amovendæ veteris obscuritatis gratia per alias regiones fines dirigere velit, Judex potest hoc facere per Adjudicationem, & Condemnationem, quo casu opus est ut ex alterutro prædio, alii adjudicandum sit, quo nomine is cui adjudicatur certa pecunia condemnandus est.

e D. 10.

1. 2.

f D. 10.

1. 2.

SECT. VI.

De Iudicio usus sive servitutis.

Iudicium usus sive servitutis est in quo de rei alicujus usu sem servitute controversitur, vel cum agitur, ut is cuius rei servitus imponitur, eandem agnoscat, vel ut res in qua alius servitutem vendicat, libera declaretur.

PRæter generalia interdicta de Possessione quibus usum vel servitutem rei tueri licet, *a* De servitutibus in rem actiones competunt *a* D. 8. 5. 2. tam Confessoria, quam negatoria; Confessoria ei qui servitutem sibi competere contendit; Negatoria do-

I 4

mino

mino qui negat. Ad primam quod
b D. 8. 5. attinet, *b* In rem actio confessoria
 2. nulli alii quam domino fundi, com-
 petit, servitute enim nemo vindi-
 care potest, præterquam is qui domi-
 nium in fundo vicino habet, cui ser-
 vitudinem debere dicit, Et *c* Agi po-
 test hac actione non solum cum do-
 mino rei quæ servit, sed etiam cum
c D. 8. 5. omnibus quicunq; servitute uti impe-
 10. diunt. *d* In confessoria etiam actione
 quæ de servitute movetur, fructus ve-
 niunt, & id fructuum nomine com-
 putandum, si quid sit quod interfit a-
 gentis servitute non prohiberi.

E contra quod ad alteram spectat,
e D. 7. 6. *e* Actio negatoria sive negativa com-
 5. petit adversus fructuarium, cum quis
 invito se, negat ius esse utendi fru-
 ctuario, vel sibi jus esse prohibendi,
f D. 7. 6. & *f* sicut fructuario in rem confes-
 5. soria agenti fructus præstandi sunt; ita
 & proprietatis domino, si negatoria
 actione utatur. Officium enim Judi-
 cis erit ut securus consequatur fru-
 ctuario fruendi licentiam, proprie-
 tatis dominus ne inquietetur.

S E C T.

SECT. VII.

De Iudicio Patrimonii.

Iudicium patrimonii est in quo quaritur de Patrimonio : primùm cum de peculio agitur ; Secundò cum de dote contenditur , ut, de dote præstanda , vel de dote reddenda. Tertio cum de Hereditate controversitur, ut, cum quis se heredem esse contendit , vel se injustè exheredatum ostendit , vel de Hereditate dividenda laborat , vel postremò cum de bonis inter liberos conferendu agitur.

Non solum de rebus singulis, sed etiam de bonis universis quæ Patrimonium constituunt, controversiæ in iudicium deducuntur. Primum, cum de Peculio recuperando agitur, vel Peculium vindicatur.

¶ Etsi enim pater usumfructum habeat in peculio filii, alienare tamen non potest; & si alienaverit, licet liberis, quandocunque sui juris fuerint, nulla temporali præscriptione obstante, easdem res omnibus modis vindicare, nisi postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum temporis effluerit, ut ex continua, & inconcussa tenentis pos-

a C. 6. 6 e.

4.

- fessione, eorum intentio excludatur. Secundo, ad iudicium de patrimonio pertinet, cum de Dote præstanda vel restituenda agitur. E quibus *b* Dos præstanda exigi potest per actionem ex stipulatu, Sive scripta fuerit stipulatio, sive non, dum intelligatur re ipsa stipulatio esse subsequuta. Sed & evicta re quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio vel promissio fuerit interposita, gener contra socerum vel mulierem seu hæredes eorum, conditione vel ex stipulatione, agere potest. De Dote restituenda agit soluto matrimonio, uxor, vel ejus hæres. Uxor divortio facto, quia ita
- c* *D. 25. 1. 2.* *c* Solutio matrimonio Mulieri dos solvi debet. Quod *d* si probetur culpa mulieris matrimonium dissolutum, maritus potest dotem retinere: si uterque sit in culpa, secus; Nam
- e* *D. 25. 1. 39.* *e* ex lege quam ambo contempserunt, neuter vindicetur, cum paria delicta mutua pensatione dissolvantur. Hæres uxoris agit, si ipsa decesserit in
- f* *C. 5. 13. 1.* matrimonio, tunc enim *f* Dos non in lucrum mariti cedit, sed ad mulieris hæredes transmittitur, unde
- g* *D. 25. 1. 22.* *g* Adversus maritum Dotis actionem,
- com-

competere palam est, sed *h* maritum *h* D. 25.
 in id quod facere potest, condemnari *i*. 12.
 exploratum est, quod hæredi non est
 præstandum, quia tale Beneficium
 personale est, & cum persona extin-
 guitur. Tertio, ad judicia de Patri-
 monio referuntur de Hæreditate con-
 troversæ, de qua agitur primum Pe-
 titione Hæreditatis, quam actio-
 nem intentare possunt omnes; Ad *i* D. 5.3.
 quos hæreditas pertinet, aut veteri ju-
 re, aut novo, id est, qui in testa-
 mento hæredes instituti, vel ab inte-
 stato successuri sunt, & *k* regulari-
 ter definitur cum teneri petitione *k* D. 5.3.
 hæreditatis, qui vel jus pro hærede, *l* c.
 vel pro Possessore possidet, vel rem
 hæreditariam, licet minimam. *l* Pro *l* D. 5.3.
 hærede vero possidet qui putat se hæ- *l* c.
 redem; pro possessore, qui nullam
 causam possessionis potest dicere.
 Deinde *m* Placuit universas res in hoc *m* D. 5.3.
 iudicium venire, sive jura sint, sive *l* 8.
 corpora. Item *n* non solum ea quæ *n* D. 5.3.
 mortis tempore fuerunt, sed & si qua *l* 3.
 postea augmenta accesserunt; Nam
 Hæreditas augmentum recipit, &
 diminutionem: Quod si diminuta sit. *o* D. 5.3.
 Hæreditas, *o* Consultum est Bonæ *l* 5.
 fidei

fidei possessoribus, ne in totum damno afficiantur, sed in id duntaxat teneantur, in quo Locupletiores facti sunt: Quemcunque igitur sumptum fecerint, ex hæreditate, siquid dilapidarunt, perdiderunt, dum re sua se abuti putant, non præstabunt. *p*

p D. 5. 3.
38.

Prædo autem de se queri debet, qui sciens in rem alienam impendit; sed benignius est in hujus quoque persona haberi rationem impensarum; non enim debet quis ex aliena jactura lucrum facere. Secundo de Hæreditate

q D. 5. 2.
3.

agitur querela inofficiosi testamenti, *q* Cum parentes falso insimulati liberos suos vel exhæredant, vel præ-

r D. 5. 2.
5.

tereunt; nam *r* Querelæ inofficiosi vis illa est, docere se immerentem, & indigne præteritum, vel etiam ex-

f D. 5. 2.
4.

hæredatione summotum, quod *f* plerumque parentes faciunt maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis, in-

t D. 5. 2.
5.

stigationibusque corrupti. *t* Hoc vero colore de inofficioso testamento agitur, ut videatur illum quasi non sanæ mentis fuisse curâ testamentum iniquum ordinaret, qui tamen recte facit testamentum, sed non ex offi-

cio

cio pietatis. ¶ In hoc etiam iudicio omnibus tam parentibus, quam Liberis de inofficioso testamento licet disputare. ¶ Et si enim parentibus non debetur filiorum hæreditas propter votum Parentum, & naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus quam Liberis piis relinqui debet. Certæ tamen causæ in jure definitæ sunt, ex quibus exhæredare, vel præterire in testamento permittitur, ut *γ* Si quis parentibus manus intulerit, si gravem & inhonestam injuriam iis ingesserit, si in criminalibus causis (excepta Majestatis) accusaverit, si vitæ eorum veneno, vel alio modo insidiatus fuerit, si testari prohibuerit, si novercæ sese immiscuerit, si cum maleficiis versetur, si inter arenarios vel mimos se sociaverit: si filia parenti volenti maritum & dotem dare, non consenserit, sed luxuriosam vitam degerit, si pro carcere incluso fidejubere, si furiosum sanare, si captivum redimere neglexerit, &c. Ex quibus etiam causis vel similibus, licet liberis parentes exhæredare, vel præterire. & Liberi

u D. 5. 2.

1.

x D. 5. 2.

15.

y N. 115.

3.

z C. 3. 28.

28.

vero

- verode inoffioso querelam contra testamentum moventes, probationem debent præstare, quod obsequium jugiter, prout ipsius naturæ religio flagitabat, parantibus adhibuerint, nisi scripti hæredes maluerint ostendere ingratos liberos contra parentes extitisse: Sed & satis est hæredibus ostendere legitimam illi relictam, qui queritur. Nam *a* parentibus arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est, dummodo non minus is, qui pietatis sibi conscius est, parte, quæ intestato defuncto potuit ad eum pervenire, quarta ex judicio obtineat. Denique effectus hujus judicii est, quod *b* si ex causa de inoffioso cognoverit Judex & pronuntiaverit contra testamentum, ipso jure rescissum est, & suus hæres erit, secundum quem judicatum erit. Et *c* *D. 5. 2. 6* cum inoffiosum testamentum arguitur, nihil ex eo testamento valet. Tertio circa hæreditatem instituitur Judicium Familiæ herciscundæ, id est, hæreditatis dividendæ. Nam *d* cohæredibus volentibus à communione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter
- eos

eos res hæreditariæ distribuerentur ;
 & *e* Non est Judicium familiæ her- *e D. 10.*
 ciscundæ, nisi inter cohæredes; quam- *2. 36.*
 vis *f* Provocare apud Judicem, vel *f D. 10.*
 unum hæredem posse, palam est; & *2. 43.*
g In hoc Judicio unusquisque hære- *g D. 10.*
 dum, & rei, & actoris partes sustinet. *2. 2.*
 Deinde in hoc judicium veniunt res
 omnes hæreditariæ, quia *h* per Fami- *h D. 10.*
 liæ herciscundæ judicium dividitur *2. 2.*
 hæreditas, modo sit divisibilis: Et *i D. 10.*
 universæ res æstimari debent, non sin- *2. 52.*
 gularum rerum partes. Sed & *k* In fa- *k D. 10.*
 miliæ herciscundæ judicio, præteriti *2. 16.*
 quoque temporis fructus veniunt, sed
 & omnia, quæ quis in hæreditate do-
 lo aut culpa fecit. Cum vero de rebus
 hæreditariis constat, *l* Judex familiæ *l D. 10.*
 herciscundæ nihil debet indivisum re- *2. 25.*
 linquere. *n* Si divisio tam difficilis *n D. 10.*
 sit, ut pene impossibilis videatur, po- *2. 55.*
 test Judex in unius personam totam
 condemnationem facere, & adjudi-
 care omnes res; sed & *o* Potest pen- *o D. 10.*
 satione ultro citroque facta, eum cu- *2. 52.*
 jus summa excedit, ejus duntaxat sum-
 mæ nomine, quæ ita excedit, con-
 demnare. Postremo circa hæredita-
 tem in Judicium familiæ herciscundæ
 ali-

- verode inofficioso querelam contra testamentum moventes, probationem debent præstare, quod obsequium jugiter, prout ipsius naturæ religio flagitabat, parantibus adhibuerint, nisi scripti hæredes maluerint ostendere ingratos liberos contra parentes extitisse: Sed & satis est hæredibus ostendere legitimam illi relictam, qui queritur. Nam *a* parentibus arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est, dummodo non minus is, qui pietatis sibi conscius est, parte, quæ intestato defuncto potuit ad eum pervenire, quarta ex judicio obtineat. Denique effectus hujus judicii est, quod *b* si ex causa de inofficioso cognoverit Judex & pronuntiaverit contra testamentum, ipso jure rescissum est, & suus hæres erit, secundum quem judicatum erit. Et *c* cum inofficiosum testamentum arguitur, nihil ex eo testamento valet. Tertio circa hæreditatem instituitur Judicium Familiæ herciscundæ, id est, hæreditatis dividendæ. Nam *d* cohæredibus volentibus à communione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos
- a* C. 3. 28.
8.
- b* D. 5. 2.
8.
- c* D. 5. 2.
28.
- d* D. 10.
32. 1.

eos.

eos res hæreditariæ distribuere; & *e* Non est Judicium familiæ her- *e D. 100*
 ciscundæ, nisi inter cohæredes; quam- *2. 36.*
 vis *f* Provocare apud Judicem, vel *f D. 100*
 unum hæredem posse, palam est; & *2. 43.*
g In hoc Judicio unusquisque hære- *g D. 100*
 dum, & rei, & actoris partes sustinet. *2. 2.*
 Deinde in hoc judicium veniunt res
 omnes hæreditariæ, quia *h* per Fami- *h D. 100*
 liæ herciscundæ judicium dividitur *2. 2.*
 hæreditas, modo sit divisibilis: Et *i D. 100*
 universæ res æstimari debent, non sin- *2. 52.*
 gularum rerum partes. Sed & *k* In fa- *k D. 100*
 miliæ herciscundæ judicio, præteriti *2. 16.*
 quoque temporis fructus veniunt, sed
 & omnia, quæ quis in hæreditate do-
 lo aut culpa fecit. Cum vero de rebus
 hæreditariis constat, *l* Judex familiæ *l D. 100*
 herciscundæ nihil debet indivisum re- *2. 25.*
 linquere. *n* Si divisio tam difficilis *n D. 100*
 sit, ut pene impossibilis videatur, po- *2. 55.*
 test Judex in unius personam totam
 condemnationem facere, & adjudi-
 care omnes res; sed & *o* Potest pen- *o D. 100*
 satione ultro citroque facta, cum cu- *2. 52.*
 jus summa excedit, ejus duntaxat sum-
 mæ nomine, quæ ita excedit, con-
 demnare. Postremo circa hæredita-
 tem in Judicium familiæ herciscundæ
 ali-

- aliquando incidit Judicium Collationum Bonorum, quod *p* manifestam habet æquitatem, ut qui bona paterna appetant, sua in medium conferant, id est, ut qui post mortem patris in iis quæ reliqua sunt, partem petunt, ea quæ vitæ tempore receperunt, cum aliis communicanda producant. Quod etsi ad Peculium ordinarium extenditur, *q* Nec castrense tamen, nec quasi castrense peculium fratribus confertur. Hoc enim iis præcipuum esse oportet. Sed & *r* quod dignitatis nomine à patre datum est, propter onera dignitatis quis conferre non cogitur. Et *s* Quæ pater filio studiorum causa peregre agenti subministravit, debita pietate ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet, computari æquitas non patitur. Quod *t* si quis in Paternorum bonorum Collatione alios fefellit, præses Provinciæ, quod deducta ratione plus apud eum esse animadverterit, aliis restitui jubebit. Immo *u* Siquis non conferat, vel dolo fecerit quo minus conferat, quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur.
- p* D. 37. 6. 1.
q D. 37. 6. 15.
r D. 37. 6. 15.
s D. 10. 2. 50.
t C. 6. 20. 8.
u D. 37. 6. 5.

SECT.

SECT. VIII.

De Iudicio Obligationis. Et de
Iudicio Contractus.

Iudicium Obligationis est, quando in Personam ex Obligatione agitur, in genere, vel specialiter ex Iudicio Contractus, Delicti, vel Officii.

Iudicium Contractus est, in quod deducitur Actio ex Contractu; veluti, ex contractu reali, Actio Mutui, Commodati, Depositum, & Pignoratitia: ex Contractu Consensus, Actio Empti & Venditi, Locati & Conducti, Pro socio, & Mandati: Ex Contractu verborum, Actio ex stipulato, & Cirrographo.

Iudiciis in quibus Actiones in Rem deducuntur, succedunt Iudicia in quibus in Personam agitur, Et *a* In Personam Actio est quando cum eo agimus qui obligatus est ad faciendum aliquid vel dandum. *a* D. 44. 7. 25. Eaque Generalis esse potest quæ ad plures causas; vel specialis quæ ad certum aliquod negotium referatur. Prioris generis est Condictio certi & Actio in factum, sive Præscriptis verbis. *b* Certi condictio competit ex omni obligatione ex qua certum petitur, sive ex certo *b* D. 12. 1. 9.

certo contractu petatur, sive ex incerto: Immo etiam ex Delicto; nam, ex Lege Aquilia, & ex causa furtiva per hanc actionem condicitur. Actio in Factum sive Præscriptis verbis, est, quando agitur ex obligatione aliqua quæ sub certo contractu non cadit.

- c D. 2. Nam, c Pacta pleraque transeunt in
 14. 17. proprium nomen Contractus; sed, si in contractum specialem res non transeat, subsit tamen causa, ut puta, dedi tibi rem ut mihi aliam dares, vel, dedi ut aliquid facias, hoc συνάλλαγμα, id est, contractus est, & hinc nascitur civilis obligatio, & civilis incerti actio, id est, Præscriptis verbis. Ita d e-
 1. 1. & 2. venit, ut cum deficient usitata Actionum nomina, descendamus ad eas Actiones quæ in factum appellantur, & e D. 19. Præscriptis verbis agendum sit. e Ad
 5. 23. quod necesse est confugere, quoties contractus existunt quorum appellationes nullæ jure civili proditæ sunt; cum natura rerum conditum, sive inductum sit, ut plura sint negotia quam vocabula.

Judicium Contractûs est, in quo Actio specialis ex contractu aliquo deducitur. Et competit ad id quod est

est de natura contractûs, & de quo
convenit. Ejusmodi est ex contractu
qui Re contrahitur,

1 Actio Mutui, vel *f* Condictio *f* D. 12.
Certi ex Mutuo, quâ utitur is qui rem 1. 2.
mutuò dedit, adversus eum qui rem
mutuam accepit. Nam in Judicio
mutui id agitur, ut res ejusdem ge-
neris & eâdem bonitate solvatur quâ
data est.

2 Actio Commodati, quæ datur
hinc indè, Ei qui rem commodavit,
ut rem eandem eâdem conditione re-
cipiat, vel id quod interest; Nam *g* *g* D. 13.
Res non videtur reddita, quæ deterior 6. 3.
facta redditur, nisi quod interest, præ-
stetur, ei cui commodata est ad sum-
ptus in rem factos recuperandos.
Nam *h*, possunt justæ causæ interve- *h* D. 13.
nire ex quibus cum eo qui commo- 6. 18.
dâset, agi debeat, veluti de impensis
in valetudinem servi factis. Item, qui
sciens vasa vitiosa commodavit, si ibi
infusum vinum vel oleum corruptum
effusumve est, eo nomine est condem-
nandus. 3. Actio Depositi quâ is qui
rem deposuit, contra eum qui suscepit,
agit. Et *i* Qui rem deposuit, statim *i* D. 16.
potest depositi agere; Dolo enim fa- 3. 1. 2.
cit

- cit qui suscepit quod reposcenti rem
k D. 16. non reddit. Et datur in simplum, *k*
3. 1. nisi depositum sit ex causa ex necessi-
tate descendente, tunc in duplum.
l D. 16. Sed & depositi Actio est *l* Bonæ fi-
3. 1. 24. dei: & ideo fructus, & partus, & o-
m D. 16. mnis causa in eam venit. *m* In Depo-
3. 1. 26. siti Iudicio in litem quoque juratur.
n D. 16. Et *n* ei apud quem depositum est,
3. 5. Contrarium iudicium depositi datur,
in quo iudicio in litem non juratur;
non enim de fide ruptâ agitur, sed de
indemnitate ejus qui depositum su-
scepit. 4. Actio pignoratitia compe-
tit ad recuperandum id quod pignori
datum fuit, soluto prius quod debetur.
o D. 13. Nam *o* Qui rem pignori dedit, solutâ
7. 9. pecuniâ potest Pignoratitia experiri.
p D. 13. *p* Omnis vero pecunia soluta esse de-
7. 9. bet, ut nascatur pignoratitia actio. Sed
q D. 13. & *q* si pecuniam debitor solverit, po-
7. 33. test pignoratitiâ actione uti ad recu-
perandum *αὐτίχρησις*, id est, usum
r D. 13. pignoris quo creditor petitus est. *r* Si
7. 8. vero Creditor necessarias impensas fe-
cerit in fundum quem pignoris causa
accepit, non tantum retentionem, sed
etiam contrariam pignoratitiam a-
ctionem habet.

Ex

Ex Contractu Consensus;

1 Actio empti & Venditi. Empti qua agit Emptor ut rem emptam ei habere liceat: Vel *f* si res vendita non tradatur, in id quod interest, agitur, hoc est, quod rem habere interest Emptoris. Et *f* Omnia quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in Empti actionem, cum per venditorem steterit quo minus rem tradat. Sed & Ex Vendito actio venditori competit ad ea consequenda quæ ei ab emptore præstari oportet. Veniunt autem in hoc iudicium, imprimis pretium quanti res vænit, item usuræ pretii post diem traditionis. Nam cum re emptor fruatur, æquissimum est eum usuras pretii pendere. 2. Actio Conducti & Locati, quæ datur Conductori, & *x* Competit ferè ex his causis, si re quam conduxit, uti frui non licet, vel si quid in lege conductionis convenit, si hoc non præstetur. Sed & *y* Si conductor in re conductâ, suâ operâ, aliquid necessario aut utiliter fecit, ad recipienda ea quæ impendit ex conducto cum Domino experiri potest. Item, Actio Locati Locatori datur pro mercede à Conductore recu-

f D. 19.
1. 1.
t D. 19.
1. 21.
u D. 19.
1. 13. 20.
x D. 19.
2. 13.
y D. 19.
2. 55.

- cuperandâ unâ cum usuris post moram. Itaque & Præses Provinciæ ea quæ ex Locatione debentur, exsolvi sine morâ curabit, non ignarus ex Locato & Conducto Actionem, cum sit bonæ fidei, post moram legitimas usuras admittere. Quinetiam, *a* Qui contra Legem Conductionis, fundum ante tempus sine justa ac probabili causâ deseruerit, ad solvendas totius temporis pensiones ex conducto conveniri potest, quatenus Locatoris in id quod ejus interest, indemnitas servetur. 3. Actio pro Socio, qua socii de re communi, fructibus, aut impensis agunt. Nam *b* Si societas cum aliquo sit, & res ex Societate communes, quas impensas in eas alter fecerit, quosve fructus ex his rebus alter ceperit, actione pro Socio consequi licet. Sed & *c* Socius qui in eo quod ex societate lucri fecerit, reddendo moram adhibuit, cum eâ pecuniâ ipse usus sit, usuras quoque præstare debet. 4. Actio Mandati, quæ primum Mandanti competit; scilicet, *d* Si cui fuerit mandatum ut negotia administret, actione mandati erit conveniendus, quod mandatum susce-

scepit, & non gessit. Cujusmodi *e* e D. 17.
 mandati actio tunc competit, cum *i.* 8.
 cœpit interesse ejus, qui mandavit,
 cæterum si nihil interest, cessat man- *f* D. 17.
 dati Actio. Deinde *f* Contrario man- *i.* 12.
 dati judicio experiuntur qui manda-
 tum susceperunt, ad sumptus mandati
 occasione factos. Nam *g* sumptus *g* D. 17.
 bonâ fide necessario factos judicio *i.* 56.
 mandati restitui necesse est. Sed *h*
 non omnia quæ impendit, mandato- *h* D. 17.
 ri imputabit, veluti quod spoliatus sit *i.* 26.
 à latronibus, aut Naufragio res ami-
 serit: Nam hæc casibus magis quàm
 Mandato imputari oportet. In Judi-
 ciis quæ ex contractibus vel Re vel
 Consensu descendunt, ulteriùs obser-
 vandum est, quòd Regulariter dolus
 semper, quandoque Culpa & Negli-
 gentia, nunquam verò Casus & In-
 fortunium præstari debeat. Ita *l* In *l* D. 13. 6.
 Deposito, quia nulla utilitas ejus ver- *5. 4. 32.*
 satur, apud quem deponitur, meritò
 dolus præstatur solus; sed in Empto,
 in Locato, in societate, & pignore,
 ubi utriusque utilitas vertitur, & Do-
 lus & Culpa præstatur. In Commo-
 dato autem quod solum utilitatem e-
 jus continet cui commodatur, non
 solum .

solum Dolus & Culpa, sed etiam diligentia præstanda. *m* Animalium
 17. 23. verò casus, id est, mortes, quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur. *n* Quæ ita, nisi si quid nominatim convenit vel plus vel minùs in singulis contractibus, Nam, hoc servabitur quod initio convenit; Legem enim contractus dedit.

Ex Contractu denique Verborum,
 1 Actio ex stipulatu est qua agit is qui stipulatus est contra eum qui spondit *o* ad præstandum id quod promisit. Nam, ubi quid fieri stipulamur, si non fuerit factum, juxta æstimationem facti, dandam esse petitionem, Jurisconsultus ait. 2. Actio ex Chirographo, velex syngraphâ; qua agitur contra *p* Chirographarium debitorem, id est, qui debitorem in scriptis se constituit.

• D. 45.
 1. 72.
 p C. 3. 42.
 7.

SECT.

SECT. IX.

De Iudicio Delicti.

Iudicium Delicti est, ex quo intentatur Actio circa delictum, veluti cum agitur, 1. Actione Iniuria, ut condemnatur is qui injuriam fecit, in quantum is qui passus est, aestimaverit. 2. Actione Furti, qua si cui res ablata sit, duplum persequitur, si furtum sit non manifestum, Quadruplum si sit manifestum. 3. Actione damni, qua ob damnum datum quis pro rei læsa Valore summo convenitur 4. Actione Noxali qua pro damno à servo vel quadrupede illato intentatur. 5. Cum agitur ad præcauendum damnum quod quis à facto vel culpa alterius veretur.

Secunda Species Judicii qua contra Personam de obligatione agitur, est Delicti Judicium, quod non solum ad recuperandum id in quo quis læsus est, sed etiam ulterius ad gravandum eum qui deliquit, instituitur, unde Pœnale est ut plurimum, nec ultra delinquentem ipsum extenditur, *a* In hære-

*a D. 50.
17. 111.*

K

ria-

riarum; nisi lis sit contestata cum de-
b D. 50. functo; tunc enim *b* Pœnalia Judi-
17.164. cia semel accepta in hæredes transmit-
 ti possunt.

In hoc Judicio occurrit, I. Actio
 Injuriae qua is cujus persona injuria
 afficitur, agit, ut pro ipsius æstima-
 tione & arbitrio Judicis, fiat satisfac-
 tio. *c* Prætores enim permittunt ip-
c l. 4. 4. sis qui injuriam passi sunt, eam æsti-
6. mare, ut Judex vel tanti reum con-
 demnet, quanti injuriam passus æsti-
 maverit, vel minoris, prout ei visum
d l. 4. 4. fuerit. *d* Et secundum gradum dignita-
7. tis vitæque honestatem crescit aut mi-
e D. 47. nuitur æstimatione injuriæ. *e* Qui vero
10. 7. agit injuriarum, certum dicat quid in-
 juria factum sit; quia qui famosam ac-
 tionem intendit, non debet vagari
 cum discrimine alienæ existimatio-
 nis, sed designare, & certum speciali-
 ter dicere quam se injuriam passum
 contendit. Præterea notandum, quod
f C. 9. 35. *f* Injuriarum actio annuo tempore
5. præscripta est. Secundo in delicti Ju-
g l. 4. 6. dicium venit actio furti, & *g* In du-
13. plum agimus furti nec manifesti, in
 quadruplum furti manifesti. Deinde
h D. 47. omnis *h* Cujus interfuit non surripi,
2. 10. furti

furti actionem habet ; & *i* Furti et- i l. 4. r.
iam tenetur, cujus ope & consilio fur- 11.
tum factum est. Tertio, ad iudicium
delicti pertinet Actio Legis Aquiliæ,
qua, ratione damni in rebus illati, non
solum præsens rei valor, sed quanti
anteà fuit, rependitur. Nam *k* Legis k D. 9. 2.
Aquilæ capite altero cavetur, qui ser- 2.
vum vel pecudem alienam injuria oc-
ciderit, quanti id in eo anno plurimi
fuit, tantum æs dare domino damnas
esto: altero, *l* Cæterarum rerum, l D. 9. 2.
præter hominem & pecudem occisos, 27.
si quis alteri damnum faxit, quod us-
ferit, fregerit, ruperit injuria, quanti
ea res erit in diebus triginta proximi-
mis, tantum æs domino dare damnas
esto. Unde *m* Pœnalis est hujus le- m l. 4. 3.
gis actio, quia non solum tanti quis- 9.
que obligatur, quantum damni dede-
rit, sed aliquando longe pluris. *n* In n D. 9. 2.
actione vero Legis Aquiliæ, injuria 5.
est quod non jure factum est, hoc est
contra jus, id est si culpa quis occide-
rit. Quarto huc etiam spectant; No-
xalis actio, & Actio Si quadrupes
pauperiem fecerit. E quibus *o* Noxa- o D. 9. 4.
lis actio est, quæ ex noxa atque mali- 1.
ficio servi adversus dominum institui-

- tur, ut si damnatus fuerit dominus, licet ipsi, deditioe ipsius corporis quod deliquit, evitare litis æstimationem. *p* Nec enim debet ex maleficio servi in plus teneri quam ut noxæ eum dedat. Quod verum est, si servus domino nesciente fecerit; nam *q* si servus sciente domino occiderit, dominum in solidum obligat. Noxa autem sive noxalis actio, caput sequitur, unde *r* si servus noxam commiserit quamdiu in tua potestate est, tecum est actio, si in alterius potestatem venerit, cum illo incipit actio esse, & si manumissus fuerit, directe ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Actio si quadrupes pauperiem fecerit, noxali actioni de servo affinis est. *s* Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum, nec enim potest animal injuriam fecisse, quod intellectu caret. *t* Hac actione lex voluit aut dari id quod nocuit, id est animal quod commisit, aut æstimationem noxiæ offerre. *u* Noxia autem est ipsum delictum. *x* Et Noxæ dedere est animal vivum tradere. *y* Generaliter hæc actio locum habet, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit, ideoque si equus
- p* D. 9. 4.
2.
- q* D. 9. 4.
2.
- r* D. 47.
1.
- s* D. 9. 1.
1.
- t* D. 9. 1.
- u* D. 9. 1.
1. 1.
- x* D. 9. 1.
1. 14.
- y* D. 9. 1.
1. 7.

quus dolore concitatus, calce petierit, cessat hæc actio, & qui equum percussit, in factum tenetur. Deinde **λ** siue corpore suo quadrupes pauperiem fecerit, siue per aliam rem quam tetigit, hæc actio locum habet, ut puta, si plastro bos obtrivit aliquem, vel alia re dejecta. Postremo, ad præeavendum damnum quod ex delicto contingat, competunt Nuntiatio novi operis, & Actio damni infecti.

α Nuntiatio Novi operis, est solennis prohibitio vicino facta, ne in opere novo extruendo pergat, donec de jure ædificationis constiterit, aut præstita sit eo nomine satisfactio. Et **β** si quis contra fecerit, destruere cogetur. **ε** Nuntiatio vero fit aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi; & **δ** Opus novum nuntiare potest is ad quem res pertinet: **ε** Jurare autem debet qui opus novum nuntiat, se non calumniæ causa opus novum nuntiare. Deinde, **ζ** Nuntiatio in re præsentifacienda est, id est, eo loci ubi opus fit, & sufficit in re præsentifaciendi ei qui in re præsentifaciendi fuit domini operisve nomine, itaque & fabris & opificibus qui eo loci operantur, opus

z D. 9. 18

1. 7.

a D. 39.

1. 20.

b D. 39.

1. 20.

c D. 39.

1. 1.

d D. 39.

1. 1.

e D. 39.

1. 5.

f D. 39.

1. 5.

- g D. 39. novum nuntiari potest. g Actio dam-
 2. 7. ni infecti prospicit damno nondum
 h D. 39. facto. h Est enim damnum infectum
 2. 2. damnum nondum factum quod futu-
 rum veremur : Ut si quis de ruina æ-
 dium vicinarum sibi vel suis metuat:
 i D. 39. unde i Prætor damni infecti suo no-
 1. 7. mine promitti, alieno satisfacere jubet,
 ei qui juravit non calumniæ causa se
 id postulare. Deinde h si intra diem
 h D. 39. à Prætor constitutum non cavetur,
 2. 4. is qui postulat, in possessionem rei
 mittitur, si duretur non caveri, causa
 cognita. Prætor permittit ut possi-
 dereliceat.

S E C T. X.

De Iudicio Officii.

Iudicium Officii, est in quo quis convenitur occasione officii, ut rationem reddat eorum qua gessit in Officio, Actione Rationcinii, ut cum contra negotiorum gestorem, vel Procuratorem agitur de rebus gestis, vel Contra tutorem, ut respondeat de re qua fecit vel non fecit in administratione Tutela : Vel, cum contra Hæredem agitur ob id quod ad officium Hæredis spectat, Veluti ut sumptus in funus defuncti impensas restituat ; Vel ut Legata, & alia

& alia quæ ex testamento præstanda sunt, cum effectu præstet.

Tertia species Judicii in quo contra Personam agitur, est Judicium officii, in quod Actio deducitur quæ ex officio descendit, qualis est Actio Ratiocinii quæ contra negotiorum gestorem, Procuratorem, Tutorem, vel hæredem instituitur: De quo in genere observandum, quod *a* Qui ^{a C. 3. 21.} aliena negotia administravit, ubi ea ^{1.} gessit, rationem reddere oportet. Et primo *b* Si quis absentis negotia gesserit, ultro citroque nascitur actio, ^{b D. 3. 5.} quæ appellatur Negotiorum gestorum, & sicut æquum est ipsum actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari quicquid vel non ut oportuit, gessit, vel ex his negotiis retinet; ita justum est, si utiliter gessit, præstari ei quicquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est. Secundo *c* Procurator cum in cæteris negotiis, ^{c D. 3. 3.} tum in litibus ex bona fide rationem ^{46.} reddere debet, unde si quid consequutus erit, debet restituere, & impendia bona fide facta debere ei restitui æquitas suadet. Tertio *d* Tutelæ judicio tu- ^{d l. 3. 28.}

K 4

tores 2.

tores quasi ex contractu teneri videntur, & *e* In omnibus quæ fecit Tutor, cum facere non deberet, & in his quæ non fecit, rationem reddet, hoc iudicio, præstando dolum, culpam, & quantam in rebus suis diligentiam.

f *D. 27.* Sed *f* Nisi finita tutela, Tutelæ agi non potest: Tum vero *g* Sciendum est hanc actionem perpetuam esse, & hæredi similibusque personis dari, ex eo quod vivo pupillo cœptum est, sed in hæredes cæterosque successores non datur, quia pœnalis est. *h* Qui vero Tutelæ iudicio convenitur, reputare potest id quod in rem pupilli impendit, vel Contrario Iudicio experiri *i* quo agere potest de his quæ ei propter tutelam absunt; Et *k* consequitur pecuniam si quam de suo consumpsit, etiam cum usuris, sed his quæ in regione observantur, vel his quibus mutuatus est, si necesse habuit mutuari, idque donec ei reddatur pecunia; nec enim ei sterilis debet esse pecunia. Quarto contra hæredem ratione officii. Actio Funeraria, & Actio de Legato datur, I. *l* Actio funeraria est qua qui defunctum funeravit, persequitur id quod impendit.

Præ-

Prætor enim ait, quod funeris causa sumptus factus erit, ejus recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, judicium dabo. Ita *m* datur hæc actio adversus eos ad quos funus pertinet, ut puta adversus hæredes cæterosque successores. Nam *n* Impensa funeris ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne creditum solet præcedere, cû bona non sunt solvendo: multo magis legatis præfertur; unde, *o* si res legata sunt a Testatore de cujus funere agitur, nec sit unde funeretur, ad eas quoque manum mittere oportet; satius est enim de suo Testatorem funerari, quam aliquos legata consequi.

II. Actio Legati competit pro Legato Conditionali, aut pro Legato puro. Pro Legato conditionali agitur, *p* ut Legatorum nomine caveatur, ut quibus testator dari fieri ve voluit, his diebus detur vel fiat, dolumque malum absfuturum stipuletur. Itaque *q* satisdabitur eis, aut si satis non datur, in possessionem bonorum Prætor venire jubet. Pro Legato puro & præsentis statim agitur, Nam *r* Hæres Legatorum nomine quasi ex contractu debere intelligitur. *f* Legatorum

m D. 11.

7. 14.

n D. 11.

7. 45.

o D. 11.

7. 14.

p D. 36.

3. 1.

q D. 36.

3. 1.

r l. 3. 28.

5.

f D. 31.

1. 4.

K 5

vero

vero petitio adversus hæredes pro par-
 tibus hæreditariis competit. Et Ibi
 peti debet Legatum, ubi major pars
 hæreditatis est, nisi probetur eo loco
 voluisse Testatorem præstari ubi pe-
 titur; Sed & *u* ibi peti potest, ubi
 Hæres domicilium habet.

PARS SEPTIMA.

SECT. I.

De Iudicio publico.

Iudicium publicum est, in quo de Actio-
 ne publica Processus specialis & coercitio
 gravior adhibetur, actio publica est qua pro
 iure aliquo publico competit, quod vel
 singulorum est, vel totius respública.
 Processus specialis est, qui vel communi
 simplicior est, cum pro necessitate negotii
 absque omni figura Iudicis proceditur,
 vel accuratior, cum pro negotii magnitu-
 dine omnia curiosius exiguntur, Coercitio
 gravior est qua ultra Bona, etiam ad
 corpus & vitam extenditur. Estque Iu-
 dicium publicum Status, Possessionu, &
 Obligationu publica.

Quemadmodum ad privata ju-
 ra, ita etiam ad jura publica
 tuenda, Judicia comparata sunt,
 unde.

unde ratione materiæ circa quam versantur; dici possunt *Judicia publica*, quæ ex *Actione publica* instituuntur; cujusmodi *Actio* fundatur & in jure publico singulorum; A quo *a Actio popularis* quæ suum jus populi tuetur, ad quam exercendam cuivis aditus patet: Et in jure totius reip. à quo *Actio publica* magis peculiari nomine dicitur, *b* quæ ex legibus publicorum judiciorum venit, id est de quibus leges latæ sunt, ut coram populo in publico tanquam causæ famosiores dijudicarentur.

Deinde, è causis publicis, aliæ non solum summarie, sed etiam *e* de plano possunt expediri, quia tribunal non requirunt, & in iis non debet is qui *Juri* dicundo præest *f* subtiliter cognoscere; alię vero pleniorē cognitionem requirunt, quia, ubi periculum majus intenditur, ibi est plenius consulendum. Denique in *Judiciis publicis* gravior coërcitio adhibetur, unde *g* *Publicorum judiciorum* quædam non *Capitalia*, quædam *Capitalia* sunt. Non *capitalia* sunt; ex quibus pœna pecuniaria est, aut in corpus aliqua coërcitio. *Capitalia*

a D. 41.
23.

b D. 48.
1. 1.

e D. 1. 18.
9.

f D. 36.
4. 1.

g D. 48.
1. 2.

228 E L E M E N T A
talia sunt, ex quibus pœna mors est,
servitus, aut exilium.

SECT. II.

De Iudicio Status publici, & de Iudicio Subjectionis.

*Iudicium Status publici est in quo quaritur
de statu quo quis refertur ad temp. Estque
vel subjectionis, vel magistratus, vel Ma-
jestratus.*

*Iudicium subjectionis est in quo quari-
tur qui subditus sit necne, ut, cum is qui
extraneus habetur, jura subditi ad se per-
tinere contendit, vel ei qui jura subditi
usurpat, quod non sit subditus, objicitur.*

a D. 50.
1. 37.

Utrum subditus quis sit necne, in
Iudicio quaritur, cum de iis a-
gitur quæ propria sunt subditorum.
De Jure vero omnium incolarum
quos quæque civitas sibi vindicat,
Præsidum Provinciarum cognitio est;
Cum tamen se quis negat incolas ef-
se, apud eum Præsidem Provinciæ a-
gere debet, sub cujus cura est ea ci-
vitas à qua vocatur ad munera, non
apud eum ex qua ipse dicit se esse o-
riundum.

SECT.

S E C T. III.

De Iudicio Magistratus.

Iudicium Magistratus est, in quo queritur qui Magistratus sit, aut an Iurisdictionem habeat necne, ut cum diversi Magistratus de Territoriis & finibus litigant, vel alius Iurisdictioni alterius se intromittit; vel qui eundem Magistratum ambiunt, de Electione contendunt; vel qui designatus est, Magistratum fugit; vel cum in dubium vocatur, utrum quis ratione Personæ, aut causæ, Iurisdictionem habeat.

CUM diversi Magistratus sub eodem Principe de Territoriis litigant, ad instar iudicii finium regundorum agitur; Si quis in Iurisdictionem alterius intrudat, ei succurritur ex Interdicto *b Uti possidetis*, quo victor evadit, qui vel de finibus vel de exercitio antiquiorem possessionem probat; id est; pro quo magis faciunt, notorietas, instrumenta antiqua, & testes qui de actibus exercitæ Iurisdictionis deponunt. Cum de Electione contenditur, apud eum penes quem est Electionem confirmare, Exceptiones contra personam Electi.

*b VV. ff.
ad 2. 1.
12.*

Electi, vel Eligentium, vel contra modum Eligendi proponuntur. Cum
eD. 50. quis magistratu abstinet; *c* si in mu-
49. nicipio creatus munere injuncto fun-
 gi detrectet, per Præsides munus ag-
dD. 50. noscere cogendus est. Et *d* Si ad
2. 18. Magistratum nominati aufugerint, requirendi sunt, & si pertinaci eos animo latere patuerit, his ipsorum bona sunt permittenda, qui in locum eorum ad munera vocabuntur. Cum vero quis infra territorium Magistratum declinat, exemptionis causas, ratione scilicet Personæ, vel rei, apud
eD. 5. 1 eundem proponere debet; Nam *e* si
5. quis ex aliena Jurisdictione ad Prætorem vocetur, venire debet. Prætoris est enim æstimare an sua sit Jurisdictione, vocati autem non contemnere autoritatem Prætoris. Nam & Legati cæterique qui revocandi domum jus habent, in ea sunt causa ut in jus vocati veniant privilegia sua allegaturi.

• S E C T. IV.

De Iudicio Majestatis.

*Iudicium Majestatis vel imperii est in quo
 quaritur de potestate aliqua qua proprio
 spectat*

ſpectat ad Principem, ut cum quæ jura quæ à Principe ſolo conceduntur, abſque ipſius licentia uſurpat, vel is qui à Principe ejuſmodi poteſtatem habet, in ejus exercitio impeditur.

QUæſtiones de ſumma Imperii ſub judicio civili non cadunt, Potestates vero quæ ab imperio pendent illius auctoritate maximopere muniuntur. Etenim ſi quis Collegium inſtituere, pondera aut menſuras fingere, vectigalia imponere, aut alia ejuſmodi quæ ſunt Principis propria, abſque illius licentia auſus fuerit, Judicio civili coërcetur. Ita *a* D.47. 22. 1. Mandatis Principalibus præcipitur Præſidibus Provinciarum, ne patiantur eſſe Collegia & ſodalitia illicita, &, ut ſi fuerint illicita Collegia, diſſoluantur. Item *b* D.48. 10. 32. Qui menſuras publice probatas, vini, frumenti, vel cujuſlibet rei, corruperit, quanti ea re eſt, dupli condemnatur. Et *c* C.9. 24. ſi quis ſuper cudendo ære, vel reſcripto Principis, vel etiam adnotatione ſibi arripuerit facultatem, non ſolum fructum propriæ petitionis amittit, verum etiam poenam quam meretur, *d* C.4. 62. excipiet. Item *d* 3. Non ſolent nova ve-

cti-

ctigalia inconsultis Principibus institui; Ergo & exigi aliquid quod illicite poscatur, competens Judex vetabit, & id quod exactum videtur, si contra Juris rationem extortum est, restitui jubebit.

S E C T. V.

De Iudicio Possessionis publica, & de Iudicio Domini publici, vel rei publica.

Iudicium Possessionis publica est, quod de re aliqua ad rempub. pertinente instituitur; Estque vel Domini, vel Usus, vel Patrimonii publici. Iudicium Domini publici vel rei publica est in quo de proprietate rei qua spectat ad rempub. controversitur. Ut cum res qua à privato detinetur, nomine publico vindicatur; vel res nomine publico vindicata exceptione iusta alienationis defenditur.

AD possessionem publicam tuendam inventa sunt Interdicta & Prohibitoria, & restitutoria. Prohibitoria sunt quæ imperant ne quid fiat in præjudicium Reipub. Restitutoria, quæ siquid fiat, restitui jubent.

Dominium publicum iisdem actionibus quibus dominium privatum, tueri

JURISPRVD. PARS VII. 233
 tueri licet. Et *b* Defensionis facultas b C. 10.
 conceditur iis quibus aliquam inquietudinem fiscus infert. Et *c* Quamvis c D. 50.
 Agros Reip. retrahere curator civitatis debet, licet a bonæ fidei emptoribus possideantur, cum possint ad auctores suos recurrere: *d* retractare tamen fiscum quod semel vendidit, æquitatis honestatisque ratio non patitur. d D. 109.
5. 2.

SECT. VI.

De Iudicio Vfus, sive Loci publici.

Iudicium Vfus sive Loci publici est in quo agitur de usu Loci publici, veluti De via publica, De flumine publico, & similibus.

AD tuendum usum rei vel loci publici qui competit universis subditis, etiam specialia interdicta habentur. Nam *a* cuilibet in publicum petere permittitur, id quod ad usum omnium pertinet, veluti vias publicas, itinera publica, & ideò quolibet postulante de his interdicatur. a D. 43.
7. 1.

Primò Interdicto, Ne quid in loco publico fiat, jubet Prætor, *b* Ne quid facias inve eum locum immittas, quæ ex re quid illi damni detur. Quod inter- b D. 43.
8. 2.

interdictum prohibitorium est, & tam publicis utilitatibus quam privatorum prospicit.

e D. 43.
10. 1.

Secundò ad Ædilium etiam officium spectat curare, c ut quæ secundum civitates sunt, viæ adæquentur, & ut pontes fiant, ubicunque oportet. Item ut nullus effodiat vias neque subruat, neque construat in iis aliquid. Item ut consternat unusquisque vias publicas secundum propriam domum, ut non prohibeatur vehiculum transire, denique ut non permittant in viis stercorea projicere, neque morticina neque pelles jacere.

d D. 43.
11. 1.

Tertiò ad tuendum usum fluminis publici, datur Interdictum d Ne quid in flumine Publico ripave ejus facias, ne quid in flumine publico ripave ejus immittas, quo statio iterve navigio deterius fiat. Quinetiãli quid in eo flumine quod navigabile non est, fiat ut exarescat, vel aque cursus impediatur, utile interdictum competit, Ne vis fiat ei quo minus id opus quod in alveo fluminis ripave ita factum sit, ut fluminis cursus deterior sit, tollere, demoliri, purgare viri boni arbitrato possit.

SECT.

SECT. VII.

*De Iudicio publici Patrimonii
sive Fisci.*

Iudicium Publici patrimonii est quod de bonis ad fiscum pertinentibus instituitur: ut, cum à privato quid defertur, vel à Magistratu refertur Principi.

IN iudicio Fisci multa sunt privilegia: nā *a* eius causa prius est excutienda, & *b* Instrumenta ad fiscum pertinentia etiam reus tenetur exhibere. Et tamen Judex *c* non delinquit, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit. Et primò *d* Nunciatio ad fiscum fieri solet ex variis causis, ex tot scilicet quot res ad fiscum devolvuntur. Unde aut quòd tacitè relictum est ei qui capere non potest, defertur vel quòd indignus quis hæres nunciatur, vel quòd Princeps hæres institutus est, & testamentum vel Codicilli subrepti esse nuntiantur; *e* Vacantium autem bonorum nunciatio quadriennio finitur. Et *f* In fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modò pretium vel modicum dederint. Deinde ne ex delatione fiat injuria,

a D. 49.

14. 35.

b D. 49.

14. 2.

c D. 49.

14. 10.

d D. 49.

14. 1.

e D. 49.

14. 1.

f D. 49.

14. 4.

g C. 10.
10. 5.

juriam, per disquisitionem Magistratûs, Principi fit Intimatio; ita Imp. g Si vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur, certi Palatini electi, jurejurando obstricti mittuntur, ut eorum instantiâ Præses Provinciæ præsentis fisci patrono diligenter inquirat, cujus vacans cadensque fuerit patrimonium, quantumque & quale videatur, ut cum datâ reclamandi facultate neminem id jure vindicare, locumque ærario factum esse tam ipsius relatione, quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum notitia Principi intimetur, ut jussu ipsius bona vacantia, vel res aliæ ærarii nomine occupentur. Nec solum cum hominibus singulis, sed etiam cum civitatibus de hujusmodi bonis contenditur; ita enim rescriptis Imperator, h Intestatorum res qui sine legitimo hærede decesserint, fisci rationibus vindicandas, nec audiendas esse civitates quæ sibi earum vindicandarum jus, veluti ex permisso, arrogare nituntur, & quæcunque intestatorum bona civitates obtentu privilegiorum suorum occupaverint ad fiscum esse revocanda.

h C. 10.
10. 1.

SECT.

SECT. VIII.

*De Iudicio Obligationis publica, &
de Iudicio Publica Con-
ventionis.*

Iudicium Obligationis publica est, quo agitur de eo quod quis reip. prestare aut facere tenetur, estque vel Conventionis, Delicti, vel Officii publici. Iudicium publica Conventionis est in quo agitur ratione Censuum de munere in Republ. obeundo; vel ratione Pollicitationu aut contractus, de eo quod quis ultro, vel ex aliqua causa, in se suscepit prestare Reipublica.

IN causis fisci vel reip: in quibus ex obligatione agitur, non minor favor impenditur, quam in causis ex quibus agitur de Dominio. Unde, Res eorum qui fiscalibus debitis a C. 10. per contumaciam satisfacere differunt, distrahuntur. ^{21. 1.}

Et primò agi potest ex conventione necessariâ pro muneribus Patrimonialibus & personalibus Reipubl. præstandis; ita Imperator, b Omnia b C. 1. 37. tributa à moderatoribus Provincia- rum exigi debent, & si qui ex Possessoribus, ad non inferenda quæ debentur, audaces extiterint, per militare auxi-

- auxilium, si opus exegerit, sunt com-
 • pellendi. Et *c* Præses Provinciæ pro-
 • videre debet, munera in civitatibus
 • æqualiter per vices injungi, ne sine
 • discrimine & frequenter iisdem oppres-
 • sis, simul viris, & viribus destituatur
 • Respub. *d* Qui vero à muneribus
 • civilibus sibi vindicant excusationem,
 • appellationem interponere debent, &
 • qui tempora præfinita ejusmodi ap-
 • pellationem peragendi, non servave-
 • rint, merito præscriptione repellun-
 • tur. Nec minus instituitur Judicium
 • ob id quod ex Conventione volunta-
 • ria reip. debetur; ita *e* De Pollicita-
 • tionibus in civitatem factis Judicium
 • est cognitio. Et si quis de rebus ad
 • rempub. pertinentibus contractum
 • inierit, similiter tenetur, ut de fundis
 • vel proventibus conductis; Ita enim
 • *f* Per omnes Provincias patrimonialium
 • fundorum ab ordinariis judici-
 • bus Canon exigendus est. Et *g* Non
 • solutis vectigalium pensionibus, pel-
 • lere conductores, nec dum tempore
 • conductionis completo, vel ab iis u-
 • suras ex mora exigere, permittitur.
 • Nec solum qui cum Rep. contrahunt,
 • sed & eorum fidejussores conveniri
 • pos-

c D. 50.
3. 3.

d D. 50.
5. 1.

e D. 50.
12. 8.

f C. 11.
61. 7.

g D. 39.
4. 10.

possunt; tum vero *b* qui pro alio à h D. 49. fisco conventus debitum exolvit, non 14. 45. inique postulat prosecutionem bonorum illius pro quo solvit; in quo etiam adjuvari per officium solet. Sed & contra debitores debitorum resp. agit; hoc tamen observato, quod *i* i D. 49. Non aliter fiscus debitorum suorum 14. 3. debitores convenire possit, nisi Principales debitores defecerint; vel ex ratione fisci nomina in facto liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur.

SECT. IX.

De Iudicio Criminis, sive Delicti publici.

Iudicium Criminis est in quo agitur ad supplicium resp. debitum ob laesam rempublicam. Idque vel criminis mediate in resp: commissi; veluti in personas singulorum, ut Homicidii, stupri, violentiæ; vel immediate in resp. perpetrati, ut in Personas publicas Perduellionis seu laesa maiestatis, Conjurations, & seditionis; in Res publicas, Falsa moneta, Peculatus, & Annona flagellata.

Iudicia quæ de Criminibus vel delictis publicis instituuntur, utpote
in

in quibus de reip: & hominum privatorum præjudicio maxime agitur, multa habent specialia. Nam primo, quod ad ordinem spectat, per viam Accusationis, inquisitionis, & denuntiationis proceditur. E quibus, Accusatio est voluntaria criminis delatio sub periculo consimilis pœnæ; quippe *a* Libelli accusatorii conceptio talis est, Apud illum Prætorem, vel Proconsulem, Lucius Titius professus est se Mævium de tali crimine proferre, quod dicat eum in civitate illa, in domo illius, Consulibus illis, mense illo, commisisse. Deinde *b* accedere debet in crimen subscriptio, quæ ad id inventa est, ne facile quis profiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram. Sed & *c* Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, aut enim Calumniantur, aut Prævaricantur, aut Tergiversantur; Calumniari est falsa crimina intendere. Prævaricari vera crimina abscondere, cum quis colludit cum reo, & translatitie munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimulat, falsas vero rei excusationes admit-

a D. 48.
2. 1.

b D. 48.
2. 7.

c D. 48.
26. 1.

admittit. Tergiversari est in univ-
 sum ab accusatione delistere. Deinde
 Inquisitione Magistratus crimina ad
 Judicium deducuntur, cum *d* Con- ^{d D. r.}
 gruat bono & gravi Præfidi sacrile- ^{18. 13.}
 gos, latrones, plagiaros, & fures
 conquirere, & prout quisque delique-
 rit, in eum animadvertere. Tum et-
 iam ad denuntiandum magistratibus
 delicta, constituti sunt *e* Irenarchæ, ^{e D. 18.}
 quibus mandatur, ut cum apprehen- ^{3. 8.}
 derint Latrones, interrogent eos de
 focis, & receptoribus, & interro-
 gationes literis inclusas atque obli-
 gnatas ad cognitionem magistratus
 mittant, ex quo qui cum elogio mit-
 tuntur, ex integro audiendi sunt, &
 cum Magistratus quæstionem facit,
 jubere oportet venire Irenarchen, &
 quod scripserit, exequi (id est, pro-
 bare.)

Secundo Rei apprehensi pro quali-
 tate delicti arctius cohibentur. *f* De ^{f D. 18.}
 custodia vero reorum Proconsul æsti- ^{3. 1.}
 mare debet, utrum in carcerem reci-
 pienda sit persona, an militi tradenda,
 vel fidejussoribus committenda; &
 hoc, vel pro crimine quod objicitur,
 vel propter honorem, aut propter fa-

L

culta-

cultates, vel pro innocentia & dignitate ejus qui accusatur, facere solet: Et quamvis in vincula conjicere potest, in vincula tamen conjiciendus non est qui fidejussores dare paratus est, nisi si tam grave scelus adinuisse eum constet, ut neque fidejussoribus, neque militibus committi debeat, verum hanc ipsam carceris pœnam ante supplicium sustinere.

g D. 48. Tertio in Judiciis criminalibus *g*
a. 13. Ad crimen prosequendum Procurator non intervenit, & multo minus ad defendendum.

Quarto ad probationes quod spectat, *h* In criminibus, de suspicionibus non debet aliquis condemnari. Satius enim est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnari; Imo *i* scire debent cuncti accusatores, eam rem in publicam notionem se deferre debere, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita. In quibusdam tamen atrocioribus, Judices si certis veluti indiciis ducti investigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint esse

esse veniendum; id demum facere debent si personæ *Conditio* patiatur; Et enim *decuriones* (& in dignitate positi) exortes sunt *pœnarum* quas *fidiculæ* & *tormenta* constituunt: *Majestatis* tantummodo reos, & ex ordine *municipali* manet tam *cruenta* *conditio*. Tum vero ita *Tormenta* l D. 48.
adhibenda sunt; ut *moderate* 18. 10.
ratio-
nis *temperamenta* desiderant, & sic m D. 48.
questionem habere oportet ut reus 18. 7.
salvus sit vel *innocentiæ* vel *supplicio*.

Quinto, in *ferenda* *sententia* in *causa* *criminali*, *prospiciendum* est n D. 48.
judicanti ne *quid* aut *durius* aut *remis-* 19. 11.
sius *constituat* quam *causa* *deposcit*.
Nec enim aut *severitatis* aut *clemen-*
tiæ *gloria* *affectanda* est, sed *propenso*
judicio prout quæque *res* *postulat*, *sta-*
tuendum est. *Plane* in *levioribus* *cau-*
sis *propiores* ad *lenitatem* *Judices* esse
debent, in *gravioribus* *pœnis*, *severi-*
tatem *legum* cum aliquo *tempera-*
mento *benignitatis* *sequi*, *Hæc* de *Ju-*
dicio *criminis* in *genere*. *Inter* *ejus*
species *occurrit*, *I. Judicium* *homici-*
dii *quo* *agitur* *de* *cæde* *hominis*, *o* *cujus* o D. 48.
pœna *ex* *lege* *Cornelia*, *de* *sicariis* *est* 8. 3.
Insulæ *deportatio*, & *omnium* *bonorū*

ademptio ; altiores scilicet in insulam dantur , humiliores solent vel bestiis subjici. *p* Quæ lex non solum homicidas ultore ferro prosequitur , sed & eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. *q* Lenienda autem est pœna ejus qui in rixa casu magis quam voluntate homicidium admittit.

2. Judicium stupri est , in quo de crimine impudicitiaë , vel de læsa alicujus pudicitia agitur, ex *r* Lege Julia de adulteriis , quæ temeratores alienarum nuptiarum gladio punit: Ei qui virginem vel viduam honeste viventem stupravit , pœnam irrogat, si honestæ conditionis sint , publicationem partis dimidiæ bonorum , si humiles , corporis coërcitionem cum relegatione. Sed *f* & Stuprum in sponsa, eadem pœna vindicatur ; quia nec matrimonium quaecunque nec spem matrimonii violare permittitur ; Imo *t* Qui domum suam ut stuprum vel adulterium fieret, sciens præbuerit , vel quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit, cujuscunque sit conditionis, quasi adulter punitur.

3. Judicium de vi est, quod *u* ex lege Julia de vi publica seu privata, institui-

stituitur adversus eos qui vim vel armatam vel sine armis commiserint; & si armata vis arguatur, deportatio ex lege Julia irrogatur, si sine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imponitur. Atque hæc de judiciis criminum quæ mediate pertinent ad rempublicam.

In Judiciis criminum quibus immediate læditur resp. sunt Judicium læsæ Majestatis, Conjuratōnis, & Seditiōnis, Peculatus, Falsæ Monetæ, Annonæ Flagel atæ, & similia.

1. Judicium læsæ Majestatis est in quo agitur x ex lege Julia Majestatis, x 7. 4r
 quæ in eos qui contra Imperatorem 18. 3r
 vel remp. aliquid moliti sunt, suum rigorem extendit. Cujus pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortē damnatur. Imo ulterius statuitur, ut y Quisquis majestatis crimen perpetrare vel cogita- y C. 9. 8.
 verit, (cum eadem severitate voluntatem hujus sceleris, qua effectum puniri jura voluerint,) ipse ut pote majestatis reus, gladio feriat, bonis ejus omnibus fisco addictis. Deinde, ut filii ejus qui paterno deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est

hæreditarii criminis, exempla metuentur, ab omnium aliorum hæreditate & successione alieni sint perpetuo egentes, eosque paterna infamia semper comitetur, ad nullos honores, ad nulla sacramenta perveniant, sint postremo tales, ut perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. † Quod etiam de satellitibus, consciis, ac ministris, filiisque eorum, simili severitate censetur.

l. C. 9. 8.
5.

2. Judicium conjurationis est, in quo ex eadem Lege, eodem supplicio afficiuntur, / Qui de nece virorum illustrium, qui consiliis & Consistorio Principis interfunt, vel Senatorum (cum & ipsi pars sint corporis Imperatorii) cogitaverint.

f. C. 9. 8.
5.

3. Judicium seditionis est quo Autores seditionis & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestiis obijciuntur, aut in insulam deportantur.

t. D. 48.
19. 38.

4. Judicium peculatus est in quo agitur ex lege Julia Peculatus, ut hujus criminis rei, Peculatus poenæ subjiciantur, quæ est deportatio, in quem statum qui deducitur, sicut omnia

3.

nia

JURISPRVD. PARS VII. 247
nia pristina jura, ita & bona amittit.

5. Judicium Falsæ monetæ est; in quo, ex Constitutione Constantini, & si quis nummos falsa fusione formaverit, universæ ejus facultates fisco ad-
dicuntur & solidorum adulter flammarum exustionibus mancipatur. x C. 9.
24. 2.

6. Judicium Annonæ flagellatæ est, in quo y ex lege Julia de annona, pœna viginti aureorum statuitur adversus eum qui contra annonam fecerit: & Dardanariis vero interdum negotiatione interdicitur, interdum relegari solent, & humiliores ad opus publicum dari. y D. 48.
12. 2.
z D. 47.
11. 6.

SECT. X.

De Iudicio Officii publici.

Iudicium publici Officii est in quo agitur de eo ad quod quis occasione eorum qua egit in officio, reip. tenetur. veluti qui bonorum reip. curam suscepit, rationem reddere; qui magistratum gerit, pro Ambitu Concussione, Residuo, & Repetundis, satisfacere; & qui Iustitia propius inserviunt, de Crimine falsi, Calumnia, Prævaricationis, Tergiversationis, & Iniqui Iudicii respondere.

Iudicium publici officii institui potest, primo ad rationem reddendam.

L. 4

de.

de bonis reip : quæ quis in officio administravit, deinde ad Pœnam delicti vel criminis quod quis in officio vel circa officium admittit.

- Prioris generis est iudicium quo conveniuntur curatores rerum publicarum, qui si *a* negligenter in distrahendis bonis se getterint, in simplum tenentur, si per fraudem in duplum. Sed & *b* Nominum, quæ tempore Curatoris facta sunt deteriora, periculum ad ipsum pertinet : Et si quid male cesserit, *c* Curator etiam nomine Collegæ tenetur, si intervenire & prohibere eum potuit.
- a* D. 50. 3. 9.
b D. 50. 3. 9.
c D. 50. 3. 9.

Posterioris generis est iudicium quod contra Magistratus vel ministros Justitiæ instituitur. Contra Magistratus, veluti

- d* D. 48. 14. 1. 1. I. Iudicium ambitus cuius pœna in urbe Romana ex lege Julia, erat deportatio, in municipio ex Senatusconsulto, centum aureis cum infamia puniebatur.

2. Iudicium concussionis, quod restitutione & multa puniebatur, cum *e* Iudex competens memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ,
- e* D. 12. 5. 3.

JURISPRVD. PARS VII. 249
cuniæ, etiam concussionis crimen in-
ultum non pateretur.

3. Judicium repetundarum, in quo
f ex lege Julia repetundarum, delin- *f D. 48.*
quentes extra ordinem puniebantur *11. 7.*
plerumque exilio, vel etiam durius
prout admisissent.

4. Judicium Residui in quo *g* ex *g D. 48.*
lege Julia peculatus qui publicam pe- *13. 4.*
cuniam in usu aliquo acceptam reti-
nuit, nec erogavit, amplius tertia par-
te quam debuit, puniebatur.

Contra Ministros Justitiæ.

Judicium falsi quod ex lege Corne-
lia de falsis exercetur, cum quis ad-
pervertendum judicium falsas testa-
tiones vel instrumenta falsa adhibuit,
h cujus pœna est deportatio & om- *h D. 48.*
nium bonorum publicatio; & servus *10. 4.*
ultimo supplicio affici jubetur; & ir-
rogatur ei qui falsas testationes fa-
ciendas testimoniave falsa inspicienda
dolo malo conjecerit, sive curaverit.
Sed & *i* eadem pœna afficitur qui ob *i D. 48.*
testimonium dicendum vel non di- *10. 1.*
cendum pecuniam acceperit.

Judicium Calumniæ est, in quo
pœna *k* ex lege Remnia irrogatur, *k D. 48.*
ut *τὸ* *x* fronti calumniatoris inuratur, *16. 1.*

L 5

vel,

10. 9. 46. vel, idem supplicium de quo reus per-
6. riclitabatur. Nam *l* Quisquis crimen
intendit, scire debet non impunitam
fore mentiendi licentiam, cum Ca-
lumniantes ad supplicium poscat si-
militudo supplicii.

m D. 47. Judicium Prævaricationis est, in
15. 6. quo etiam *m* Prævaricatores eadem
pœna afficiuntur, quatenentur, si ipsi
in legem commisissent, qua reus per
n. D. 47. prævaricationem absolutus est; vel *n*
16. 2. Iis qui prævaricati sunt, pœna injun-
gitur extraordinaria.

o D. 47. Judicium Tergiversationis est in
16. 3. quo *o* si quis probetur crimen publici
judicii destituisse, senatus-consulto
pœna quinque auri Librarum in desi-
stentem statuitur.

Atque hæc ad partes, Testes, Pro-
curatores & Advocatos pertinent.
Contra ipsos Judices instituitur Judi-
p D. 50. cium iniqui Judicii, in quo *p* si Ju-
13. 6. dex peccaverit, per imprudentiam, te-
netur in tantum, in quantum ea de re
æquum religioni judicantis videbi-
tur. *q* Si quis vero pretio depravatus,
aut gratia, perperam judicaverit, ei
quem læsit, non solum æstimationis
dispendii, sed etiam litis discriminis
vindi-

JURISPRVD. PARS VII. 251
vindicata præbebitur. ¶ Novo autem r. C. 7.
49. 2.
jure qui ob judicandum quid accepit,
vel promissum habuit, si causa pecu-
niaria sit, dati triplum, promissi du-
plum, ab eo exigetur, dignitate seu
cingulo amisso; Si vero criminalis
causa fuerit, confiscatis omnibus bo-
nis mittetur in exilium. Denique præ-
vos Judices ex voto Leonis & A-
lexandri Imperatorum adhuc gravior
C. Leo, &
Alex.
manet pœna, ita enim illi: Non arbi-
tramur aliquem eorum qui Judiciario
funguntur munere, eo unquam stupo-
ris aut inscitiae prorupturum, ut ali-
ter quam ex præscripto legum judi-
ciū sententiamve ferre audeat. Quod
si quis in tantam evaserit dementiam,
reus peractus eas dependat pœnas quæ
legibus sunt irrogatæ. Sin forte nos
effugerit, Pervigilem tamen illum at-
que insomnem oculum, cui nihil
quam occultum sit, non patet, effuge-
re non poterit: Sed & id ipsum im-
precationibus, dirisque execrationibus
stabilire ac firmare ex re fore existi-
mavimus: experiatur igitur sibi ho-
stem Deum, & ei omnes cœlestes ac
incorporeæ potestates adversentur.
Immature ex hac vita excidat potius
L. 6 quam

252 ELEM. JUR. PARS VII.
quam excedat ; Incommodis insu-
per afficiatur perpetuis ; Ipsius ædium
fundamenta ignis devoret ; & poste-
ritas eo redigatur inopiæ , ut panem
ostiatim quæritet. Atque hæc merito,
quod leges quas liberrimas esse oportuit ,
fictorum pravorumque judi-
ciorum servas quodammodo atque
captivas fecerit..

F I N I S.

DESCRIPTION
JURIS ET JUDICII
SACRI;
AD QVAM
LEGES,
QVÆ
RELIGIONEM,
ET
PIAM CAUSAM
respiciunt, referuntur..

DE JURE SACRO.

PARS PRIMA.

- SECT. I. *De Jure Sacro, & de Jure Religionis.*
2. *De Statu Sacro.*
 3. *De Dominio Sacro.*
 4. *De Debito circa Religionem.*
 5. *De Delicto circa Religionem.*
 6. *De Iudicio Sacro, & de Iudicio Religionis.*
 7. *De Iudicio Status Sacri.*
 8. *De Iudicio Sacri Domini.*
 9. *De Iudicio Debiti circa Religionem.*
 10. *De Iudicio Delicti circa Religionem.*

PARS

PARS PRIMA.

SECT. I.

*De Jure Sacro, & De Jure
Religionis.*

Ius Sacrum, est, quod in Communionis sacra observatur, estque, vel Religionis, vel Piae Cause. Ius Religionis est, quod Dei cultum respicit, & ad Statum Personarum, ad Dominium Rerum, quae Religionis inserviunt, nec non, ad Debitum, & Delictum circa Religionem, extenditur.

Post considerationem Juris, & Judicii in genere, item Privati, & Publici, quae per omnes Reipubl. partes, diffunduntur, in Jure Civili observanda occurrunt, etiam quae ad jus, & iudicium in specie, (quae in certa, & determinata hominum communiione adhibentur,) conducunt, cujusmodi est, Jus, & Judicium, Sacrum, Militare, & Maritimum: & primò Jus sacrum est, quod in Communione Sacra (quae circa Religionem & Pias causas occupatur) versatur: Et Religio Dei cultu, qui Fide, & veneratione debita consistit, continetur, quae
Jure:

- a** Cod. 1. Jure Imperatorio statuitur, **a** Eadem, **r. 1.** quam Divus Petrus Romanus tradidit, **b** quæ Sacris Scripturis, & quatuor Synodorum, scilicet, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, Dogmatis, est conformis, **c** quâ Patris, Filii, & Spiritus Sancti una Deitas, sub pia Trinitate, creditur. Deinde, debitæ Dei venerationi etiam Leges constitutæ sunt, **d** Divinas, & sacras regulas sequi non dedignantur, quibus comprehenduntur, quæ statum Personarum, & Dominium rerum, ad Religionem pertinentium, tuentur: Deinde quæ de Debito, & Delicto circa Religionem statuenda, opportuna videbantur.
- c** Eod. **b. 1.**
- d** Nov. 6. **a. 1.**

S E C T. II.

De Statu Sacro.

Status sacer est Conditio eorum, qui Religioni, & Divinis officiis dicati sunt, quales sunt Episcopi & Clerici, Episcopi qui aliis præficiuntur, & Clerici qui sacris ministeriis adhibentur.

Sub Imperio Romano secundum Canones, qui Divinis Officiis & ministeriis intenderent, constituti sunt

sunt *a* Episcopi, & Clerici, & inter *a* C. 1. 3.
 Episcopos, alii fuerunt *b* Patriarchæ, *b* N. 6.
 qui pluribus Provinciis, alii Metro-
 politicæ, qui pluribus Civitatibus, alii
 Episcopi, qui singulis Civitatibus præ-
 fuerunt, sancitum enim, *c* ut una- *c* C. 1. 3.
 quæque Civitas, proprium Episcopum *36.*
 habeat, Deinde sub Episcopis consti-
 tuti sunt, *d* Presbyteri, Diaconi, & *d* N. 123.
 alii, qui omnes Clerici appellantur, *c.* 19.
 Ad Episcopos verò præficiendos quod
 attinet, Jure Imperatorio sancitum
 est, *e* Quod cum quis ad Episcopa- *e* N. 6.
 tus Ordinationem adducitur, ejus vi- *c.* 1.
 ta honesta sit, & inculcata, & à bonis
 testimonium habeat, sacerdotem de-
 cens, item quod sacrorum Dogma-
 tum ineruditus non sit. Item, *f* quod *f* C. 1. 3.
 si quenkum ad Episcopatus gradum, *29.*
 provehi contigerit, puris hominum
 mentibus, nuda Electionis conscien-
 tia, sincero omnium judicio proferat-
 tur, Et *g* Quod ita castus, & humi- *g* Eod.
 lis eligatur Episcopus, ut quocunque
 locorum perveneris, omnia vitæ pro-
 priæ integritate purificet, quod tan-
 tum ab ambitione debet esse seposi-
 tus, ut quærat, cogendus, rogatus
 recedat, invitatus effugiat, & sola il-
 li suf-

- li suffragetur, necessitas excusandi, cum indignus sit sacerdotio, nisi ordinetur invitus, Item *h* Quod cum ordinandus sit Episcopus, Clerici, & Primates Civitatis cui ordinandus est, coëant, & propositis Evangeliiis, de tribus personis, decreta faciant, & quisque eorum juret per sacra Eloquia, quod neque per largitionem, neque promissionem, amicitiam, aut gratiam, aut aliam quamcumque affectionem, eum elegerint, sed quod sciant, ipsum rectæ & Catholicæ fidei esse, Literas nosse, & supra tricesimum quintum ætatis annum complevisse. Sed *i* neque Presbyterum, minorem annis triginta quinque fieri conceditur, neque Diaconum, aut Subdiaconum, minorem viginti quinque, neque Lectorem annis octodecē.
- k* Nec *k* Clericos aliter fieri, nisi literas sciant, ac honesta vita sint, neque concubinam, neque naturales liberos habeant, sed qui vel uxorem habuerunt vel habent legitimam, & eam unam, & primam, neque viduam, neque divortio separatam à viro; neque alioquin Legibus, aut Sacrosanctis Canonibus interdictam.

SECT.

SECT. III.

De Sacro Dominio.

Dominium Sacrum est Ius, quod habetur in rebus Religionis, ut in comparatu, quales sunt, Ecclesia & Oratoria, Ecclesiarum Patrimonia, vasa, & Ornamenta, nec non qua ad Sacras personas sustinendas competant.

DE Rebus sacris, Constitutionibus Imperatoriis sancitum est, primò *a* quod priusquam Ecclesia de novo ædificetur, oporteat eum qui ædificare statuit, Episcopum consultare, & mensuram, quam ad luminaria, sacrum ministerium, domus custodiam, & observantium alimenta, deputabit, definire. Unde *b* qui Ecclesiam fabricavit, & in ea Clericis expensas ministrat, Ipse & hæredes ejus, Clericos ordinandos, denominare possunt: Si vero ab iis eligantur, indigni, Episcopus, quos meliores putaverit, ordinari, procurare debet, Deinde, sancitum etiam est, *c* Quod donationes, quocunque modo Ecclesiis factæ, ratæ sint, quippe si contractu venditionis, siue donationis, siue testa-

a N. 67

c. 1. 24

b N. 123

c. 18.

c C. 1. 29

14.

sta-

stamento, sive Codicillis, aut alio quocunque arbitrio, aut titulo, quisquam ad Ecclesiam, patrimonium suum partemve certam patrimonii, in fundis, prædiis, vel domibus, pertinere voluerit, inconcussum, & sine ulla mutatione conservandum, manere debet.

d N. 123.
c. 3.

Imo, *d* si quis Episcopus, sive ante Ordinationem suam, sive post, voluerit proprias res suas, aut ex iis partem, Ecclesiæ cujus sacerdotium suscepit, offerre, non solum id non prohibitum, sed omni laude dignum censetur, quandoquidem id non Emptio, sed Oblatio est. Tertiò, quod res ad Ecclesias pertinentes non alienentur, ita

e l. *Ead.*
N. 17.
c. 2.

statutum est, *e* Quod nulli permissum sit, Fundos, vel prædia sive urbana, sive rustica, aut res quascunque immobiles, sub cujuscunque alienationis specie, ad quamcunque personam transferre, aut ulli cedere, nec si omnes Clerici, cum Episcopo, & Oeconomo, in earum possessionum alienationem, consentiant, Ea enim quæ ad Ecclesiam pertinent, intacta convenit custodiri, ut sicut ipsa Religio, & Fidei mater est perpetua, ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum.

Cu-

— Cujusmodi rerum Ecclesiasticarum alienationis prohibitio, etiam ad res mobiles extenditur, cum sancitum etiam sit, Nemini licere sacra, atque arcana, vasa, vel vestes, cæteraque donaria, quæ ad divinam religionem necessaria sunt, ad venditionem, hypothecam, vel ad pignus, trahere, cum veteres leges sanxerint, ea quæ divini juris sunt, humanis nexibus, alligari non debere. Atque hæc de Rebus præcipuè sacris, sed & quæ in Clericorum patrimonio sunt, speciali jure censentur, De quibus sancitum est, Quod in iis Clerici, jus Peculii castrensis habeant, ita enim Imperatores, *f* Orthodoxæ fidei Episcopi Diaconi &c. Ea quæcunque in Clericatus gradu viventes habere potuerint, etiam si in Patris avique potestate constituti sunt, tanquam propria bona vendicent, de iis quando libitum fuerit, donandi, testandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa, ut ea nec ad divisionem, nec fratribus, aut sororibus conferantur, sed iis lucro cedât, quibus ipsi vel alienatione habita, inter vivos, vel mortis tempore ultima voluntate, concesserint;

f C. 1. 30

34.

N. 123.

c. 13.

g C. 1. 3.
20.

serint, Quod si g Presbyter, Diaconus, vel cujuslibet alterius loci, Clericus, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes, vel liberi, vel qui agnationis, vel cognationis jure junguntur, vel uxor extiterit, bona quæ ad eum pertinuerunt, Ecclesie cui fuerat destinatus, socientur.

SECT. IV.

De Debito circa Religionem.

Debitum circa Religionem, est, quod Personis sacris, intuitu Religionis debetur, veluti Immunitates, & Commoda quæ Episcopus, & Clericus conceduntur, nec non quæ Episcopi, & Clerici præstare debent, Officia scilicet, & Obsequia circa Divina, peragenda.

Sicut de Personis, & Rebus sacris, Sic de Privilegiis, & Officiis ad Religionem pertinentibus, Jus speciale constitutum est, & primo Immunitates cum personis, tum rebus Jure Imperatorio indultæ sunt, unde
 a C. 1. 3. 2. 216. **Contra Clericos nulla est conventio munerum sordidorum, & ab iis extraordinariorum munerum necessitas, & molestia conquiescit, ut & Conjugia Clericorum, eorumque filii, & filie immunes semper, ab hu-**
 jus-

iusmodi muneribus perseverent. Sed
 & placuit, *b* Ne Prædia usibus cæ- b C. 1. 2.
 lestium secretorum destinata, sordi- 5.
 dorum munerum face vexentur, nec N. 132.
 extraordinarium aliquid, aut superin- c. 5.
 dictum ab iis flagitetur, nec *c* ad Pa- c C. 1. 3.
 rangariarum præstationem, earum fa- 2.
 cultates vocentur. Denique sancitum
 est etiam, Quod *d* salaria quæ sacro- d C. 1. 2.
 sanctis Ecclesiis, in diversis speciebus, 12.
 de publico ministrata sunt, incõussa,
 & a nullo penitus imminuta præsten-
 tur, atq; huiusmodi sunt quæ Episcopis,
 & Clericis debentur, Inter ea, quæ ipsi
 præstare debent, primum, *e* Patriarchæ e N. 6.
 Episcopos uniuscujusque Dioceseos, c. 2.
 compellere debent, suis Ecclesiis in-
 hæerere, & non longo itinere separari,
 neque in peregrinis demorari, neque
 Ecclesias negligere. Item *f* eorum f N. 3.
 est prospicere, Ne sumptus qui ex Ec- 13.
 clesiasticis redditibus fiunt, aliter quam
 in pias, & Deo placitas causas insu-
 mantur. Deinde ad Episcopos spectat,
g Residere, in suis Regionibus popu- g N. 6.
 lum, Christianæ Religionis Doctrinæ c. 2.
 insinuatione, moderari, Dei culturam C. 1. 46.
 respicere, *h* pauperes adjuvare, & po- h N. 6.
 sitis in necessitate providere. Item C. 1. 4. 1.
 Eorum i N. 123.
c. 18.

- Eorum est requirere , ut Clerici suas obeant Ecclesias , & omne Ecclesiasticum ministerium ipsis competens
- k N.Ead.* impleant, Et sancitum, ut *k* Episcopi pariter, & Presbyteri, non tacito modo, sed clara voce, quæ à fidei populo exaudiatur, sacras oblationes, & preces, in sancto Baptismate, adhibitas, celebrent, ut majori devotione, in depromendis Domini Dei laudibus, audientium animi efferantur.
- l C. 1. 3.* Item *l* Quod omnes Clerici, per singulas Ecclesias constituti, per seipsoſ psallant, nocturna, & matutina, & vespertina, nec ex sola Ecclesiasticarum rerum consumptione, Clerici appareant, nomen quidem habentes Clericorum, rem autem non implentes, circa Liturgiam Domini Dei.
- m C. 1. 4.* Denique à Clericis requiritur, *m* ut vitam honestam, & irreprehensibilem agant, & populum instruant, ut ad illorum honestatem respiciens, à peccatis abstineat.

SECT. V.

De Delicto circa Religionem.

Delictum circa Religionem, est, vel quod contra Religionem, vel à Personis sacris, committitur: contra Religionem est, quod est contra Fidem Catholicam, ut Apostasia, Hæresis, Iteratio Baptismi & c. vel contra Personas, vel res sacras, ut violatio officiorum divinatorum, personarum, rerum, locorum aut temporum quæ Religionis usui, consecrata sunt. A Personis sacris delinquitur, cum Episcopi, vel Clerici quæ ad Officia, & Obsœquia divina requiruntur, prætermittunt, vel alias, contra bonos mœurs faciunt.

AD Jus sacrum etiam pertinent, constitutiones Imperatoriæ, quæ prospiciunt Delictis, quæ contra Religionem, vel à personis Religioni dicatis, admittuntur. Et contra Religionem occurrunt, primum *a* Apostasia, ut cum quis Christianam Religionem deserit, & vel ad ritus Judaicos, vel ad Paganismum tranñt, quibus affines sunt, *b* qui conversos ad Christianismum injuriis afficiunt, & *c* qui alios, ad nefandos ritus traducunt: secundo Hæresis, quæ est eorum,

a C. 1. 7.

1. & 2.

1. 11. 1.

b C. 1. 9.

3.

c C. 1. 7.

5.

M

rum,

- d* C. 1. 1. rum , *d* qui à judicio Catholicæ Religionis deviare , detecti sunt , qui affectatis dolis , veræ Religionis nomen
2.
e C. 1. 6. alienum assumunt , tertio , *e* si quis
1. Orthodoxorum initiatum mysteriis , ad baptisma rursus deduxerit , quarto
f N. 123. *f* si quis divina mysteria , aut sacra ministeria perturbet , aut celebrari prohibeat , aut in Ecclesiis seditionem , aut
6. 7. tumultum moveat , *g* si quis Convēticula illicita , in privatis ædibus celebret , *h* si Episcopus ad Civilem , vel
h N. 123. militarem magistratum , sine Imperiali jussione pertrahatur , *i* si quis in
i N. 123. Ecclesiam irruens , Episcopo , Clericis , vel aliis ministris , contumeliam
6. 31. C. 1. 3. 10. inferat , *k* si quis eos , qui ad Ecclesias
k C. 1. 12. confugiunt , abducatur , *l* si quis Dies
2. festos majestati altissimæ , præsertim
l C. 3. 12. diem Dominicum , voluptatibus , spectaculis aut aliis occupationibus
9. profanet , & similia.

A personis sacris delinquitur , ut
m N. 123. pote , *m* si Metropolitanis , & alii Episcopi Synodos celebrare negligant ,
n C. 1. 3. *n* si quisquam ad Episcopatus gradum provehendus , sacerdotium venalitate mercetur , cum quantum quisque mercatur , non quantum dare
31. suf-

sufficiat, æstimandum sit. Et quis lo-
 cus erit tutus, quæ causa satis excusa-
 ta, si veneranda Dei templa, pecuniis
 expugnentur? Qui murus integritati,
 aut quod vallum fidei providebit, si
 auri sacra fames, in penetrabilia vene-
 randa proserpat? Quid poterit esse
 cautum, & securum, si sanctitas in-
 corrupta corrumpatur? Item *o* si E-
 piscopus à sua Ecclesia, per totum an-
 num abesse, absque Imperiali venia
 ausus sit, *p* si quenkum a sacra com-
 munionem, priusquam causa monstre-
 tur, segreget, *q* si quis Episcopali lo-
 co detrusus, contra quietem publi-
 cam, aliquid molitus sit. Denique à
 Clericis etiam aliis, delinquitur, *r* si
 illi à quo ordinantur, aut alii cuicun-
 que personæ propter ordinationem a-
 liquid dederint, *s* si semel facti Pres-
 byteri, vel Diaconi, sacerdotium re-
 liquerint, *t* si Clerici ab una Ecclesia
 in aliam transeant, *u* si extraneorum
 mulierum consortio utantur, *x* si ad
 tabulam ludant, aut ad quodcunque
 spectaculum accedant, *y* si discepta-
 tionum forensium peritos, se velint
 ostendere, *z* si alienas possessiones
 conducant aut domum curent, *æ* si

o N. 6.

12.

p N. 123.

c. 11.

q c. 1. 3.

14.

r N. 123.

s N. 6. 1.

c. 7.

t N. 3.

c. 2.

u c. 1. 3.

19.

x c. 1. 3.

34.

y c. 1. 3.

41.

z N. 123.

æ N. 123.

c. 20.

falsum testimonium tulerint, & similia.

SECT. VI.

De Iudicio sacro, & de iudicio Religionis.

Iudicium sacrum est, in quo de Causa sacra disceptatur, estque vel Religionu, vel Pia Causa, Iudicium Religionis, est, in quo queritur, de Causa ad Religionem pertinente, ut de Dubio aliquo facti, vel juris, de Statu, vel Domino sacro, nec non de Debito, & Delicto circa Religionem.

Quemadmodum Personis, Rebus, & Negotiis sacris, Jura specialia sunt constituta, ita etiam causis sacris, autoritate Imperatoria, Judicia propria sunt accommodata. Ita ordinatū est, *a* ut quotannis in Synodo causæ motæ, vel occasione Fidei, vel Canoniarum quæstionum, vel Administrationis rerum Ecclesiasticarum, agitentur, & examinentur, & Correctio in iis adhibeatur, quæ sacris Canonibus, & Imperatoriis legibus conveniat, & quod *b* si qua sit inter Episcopos ejusdem Synodi controversia, primo eorum Metropolitanus cum duo-

a N. 123.
c. 10.

b *N. ead.*
c. 22.

duobus aliis, sanctæ Synodi Episcopis, causam examinare, & terminare debeat, & si utraque pars sententiam ratam non habuerit, Patriarcha audiat & dijudicet. Sed, quod si à Clerico, aut quocunque alio, contra Episcopum, fiat interpellatio, primo Metropolitanus sententiam ferat, & si quis reclamet, causa ad Archiepiscopum, sive Patriarcham deferatur. Quibuscunque autem de Causis Episcopi conveniuntur, nulla ab iis fidejussio, aut cautio debite exigatur. Item, & sancitum est quod si quis contra Clericum actionem habeat, Episcopum cui subjacet, adeat, qui causam inter eos judicet, & si utraque pars acquiescat, Episcopi sententia per Judicem loci executioni demandetur, Et si quis litigantium, intra decem dies, contradicat, loci Judex, si invenerit judicium rectè factum, per sententiam propriam confirmet, & executioni tradat, nec liceat victo in tali causa, secundo appellare. Si vero Judicis loci sententia, fuerit iis, quæ ab Episcopo judicata sunt, contraria, locum habeat appellatio, quæ secundum Legum ordinem referri, & exer-

d C. 1. 3. 31. ceri debet. Et provisum est, d Ne sacerdotes, & Clerici ad extranea judicium protrahantur, nec provinciam, regionem, aut locum, in quo habitant, exire cogantur, sed apud suos judices Ordinarios; id est Provinciarum Rectores, actiones omnium, qui contra ipsos agere volunt, excipiant. e Sin autem Ecclesiastica causa sit, Judices Civiles, circa examinationem ejusdem, nullam communionem habeant, sed Episcopus, secundum sacras regulas, causæ finem imponat.

e N. 123. 6. 21.

SECT. VII.

De Iudicio Status Sacri.

Iudicium Status sacri, est in quo queritur an quis in Episcopum, vel Ordinem Clericalem, promovendus sit, necne. Item an quis in ejusmodi Dignitate, vel Ordine nulliver sit constitutus.

CUM sacri Status, id est Episcoporum & Clericorum magna sit Dignitas, & multa sint privilegia, non immerito, visum est, disquirendum, qui digni, & idonei essent, & qui rite promoverentur: ita Jure Imperatoris constitutum est, quod a si quis

a N. 6. c. 1. 5. 10.

quis ad Episcopatus ordinationem *N. 123.*
 transeunti, contradicat, & asserat eum, *c. 2.*
 conscium esse alicujus, quod illicitè
 admiserit, qui promovendus est, prius
 Ordinationem obtinere non debet,
 quam querimoniarum examinatio
 fiat, & undique innoxius appareat,
 & *b* si tempore Ordinationis, *b N. 125.*
 contra Clericum cujuscunque ordinis,
 aut gradus, aliquis exortus fuerit, qui
 dicat eum ordinatione esse indignum,
 quod ipsius Ordinatio differenda sit,
 & procedatur, tam in examinatio-
 ne; quam in censuris, secundum ea
 quæ in Episcoporum ordinatione
 sancita sunt. nec solum ad impediend-
 dum, sed etiam ad cassandam Ordina-
 tionem querimoniæ proponi pos-
 sunt, ut *c* si objectum fuerit ali *c N. 123.*
 Episcopum non factis decretis, nec pro- *c. 1.*
 positis sacrosanctis Evangeliiis, vel
d minoris ætatis quam triginta quin- *d ibid.*
 que annorum, vel *e* quod per suffra- *e N. ead.*
 gium auri, aut aliarum rerum Epi-
 scopus ordinatus sit. Item quod *f* qui *f N. ead.*
 inter Clericos relati sunt, cohortales
 fuerint, unde perinde atque ordina-
 tio facta non esset, propriæ fortunæ
 restituendi sunt, vel *g* quod *g C. 1. 3.*
 Ascri- *37.*

ptitionum creationes factæ sunt, quibus Domini possessionum, unde oriundi sunt, consensum non adhibuerunt, cum ejusmodi creationes nullius momenti sint, & Domini in eos sicut in alios colonos, jus suum exercendi facultatem habeant.

SECT. VIII.

De Iudicio Sacri Domini.

Iudicium Sacri Domini est, in quo controversitur, De rebus immobilibus, vel mobilibus ad Ecclesias, vel de Bonis ad Episcopos, vel Clericos pertinentibus.

AD Iudicium Sacri Domini quod attinet, primum in genere, ad excludendam præscriptionem, quæ in aliis causis obtinet, Jure Imperatorio sancitum fuit, *aut* inter divinum, publicumque jus & privata commoda competens discretio haberetur, ut si quis aliquam hæreditatem, vel legatum, vel donationis titulo, sacrosanctis Ecclesiis vel vendidisset, iis esset longæva actio, nulla temporis præscriptione solitâ coarctanda. Sed ne illud in infinitum extenderetur, longissimum tempus vitæ hominis statutum est, & non aliter actionem
finiri

n C. 1. 2.
23.

finiri concessum est, nisi centum annorum curricula, excessissent. Postea vero, *b* quoniam per tantum sæculi potius, quam temporis spatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas testibus suffragari valeret, ordinatum est, quod in negotiis, quæ olim triginta annorum exceptio, removebat, Ecclesiis quadraginta annorum protelatio concederetur.

Deinde pro rerum ad Ecclesias pertinentium vendicatione, specialiter etiam constitutum est, *c* quod si quis præsumpserit, rem Ecclesiasticam emere, res quam accepit, cum omni mediæ temporis incremento, ab eo exigeretur, & quod contra Ecclesiam nullam omnino haberet actionem, sed contra eos, qui vendiderunt, ut, si non Dei timore, suæ substantiæ metu, segniores circa venditiones fierent, ita etiam sancitum, *d* Quod arcana vasa, vestes, & cætera donaria, ab iis qui suscipere ausi fuissent, modis omnibus, tam per Episcopos, quam per Oeconomos vendicarentur, nulla iis actione relinquenda, vel ad recipiendum pretium, vel ad scenus exigendum, sed omnibus hujusmodi

M 5 actio-

actionibus sublatis, qui cepissent, ad restitutionem rerum ipsarum coartarentur. vel si conflatæ fuissent, vel alio modo immutatæ, ad ipsa corpora, vel ad pretia, exactio competere, sive per CondiCTIONEM, sive per in rem, vel in factum, actionem. Et circa

e N. 7.
c. 2.

ca res immobiles quæsitum est, Quod si cum Imperio fieret permutatio, an valeret, necne? Et placuit valere, si fieret ex causa utilitatem rei-publ. respiciente, sacris domibus indemnitate servatâ, cum non multum differant ab alterutro, sacerdotium, & Imperium, nec sacræ res, à communibus, & publicis, f quod intel-

f N. 55.
c. 1.

ligendum, de permutatione, quæ de re facta est, ut perpetuo apud Imperatorem maneret, non ut per medium Imperium, ad alios transferretur. Item quæsitum est, g An

g C. 1. 2.
14.

non possint Ecclesiastica prædia, ad usumfructum, vel in Emphyteusin concedi? Et visum est posse, Et circa

h C. 1. 2.
21.

bona mobilia, h quod si ad redimendum captivos, vel famis causa venderentur, an valeret alienatio: & statutum est valere, quod non absurdum sit, animas hominum, quibuscunque

vafis.

vasis, vel vestimentis præferri, Item
i si plura sint vasa, quæ necessarium *i N. 120.*
 de se usum nec præbeant, & domus *C. 10.*
 sacræ ære alieno graventur, & visum
 est licere, confectis actorum monu-
 mentis, quæ supervacua sunt, aliis
 venerabilibus locis, quæ iis opus ha-
 bent, vendere, aut conflare, & pretium
 eorum ad dissolvendum æs alienum
 conferre. Denique de legatis Eccle-
 siæ etiam dubitatum est, *k* cum quis *k C. 1. 2.*
 in testamento, Angeli, vel Martyris *26.*
 meminerit, nulla ædis alicujus facta
 mentione, quid de legato hujusmodi
 statuendum? Et visum est, si in illa
 Civitate, aliquis locus in honorem
 Angeli, vel Martyris constructus sit,
 ipsi destinatum esse, si vero nullus talis
 locus appareat, Ecclesias quæ in illo
 loco sunt, capere debere. Item quid
l si plures sint Ecclesiæ, ejusdem no- *l L. ead.*
 minis, cui relictum videatur? Et pla-
 cuit illi relictum videri, quam defun-
 ctus maxime frequentabat, vel erga
 quam, majorem affectionem habebat:
 Et si id non appareat, illi quæ est cæ-
 teris indigentior.

Postremo circa bona propria Epi-
 scoporum & Clericorum, dubitatum

M 6 est,

m. N. 131. est, *m.* An Episcopi possint res, quæ
 c. 13. post adeptum Episcopatum, ad ipsos
 pervenerunt, ad Cognatos suos, aut
 quascunque alias personas transferre?
 Et Decretum est, quod in illis rebus
 tantummodo alienandi, aut quibus
 voluerint, relinquendi, licentiam ha-
 beant, quas, aut ante Episcopatum
 habuisse probati fuerint, aut post E-
 piscopatum ad ipsos pervenerunt, ab
 iis qui eos generis proximitate contin-
 gebant, alias pro utilitate Ecclesiæ
 suæ, licere expendere. Et si quid ex
 hujusmodi rebus, post obitum, in il-
 lorum patrimonio permanserit, ad
 Dominium Ecclesiarum, in quibus
 sacerdotium gesserunt, pertinere.

S E C T. IX.

De Iudicio Debiti, circa Re- ligionem.

*Iudicium Debiti, circa Religionem, est, in
 quo de Privilegiis, & Commodis, Episco-
 pis, & Clericis indultis, & de Officiis, &
 Obsequiis ab eis præstandis, controversatur.*

DE Privilegiis personis sacris in-
 dultis, in iudicio quæritur, ut-
 pote cum dubitari contingat, an de-
 bean-

beantur Clericis, qui à Catholica fide
 deviare noscuntur? & statutum, quod
 a Privilegia quæ contemplatione Religionis, indulta sunt, Catholicæ
 tantum Legis observatoribus, pro-
 desse oporteat. Item an iis debeantur,
 qui secundum ordinem Clericalem non vivunt? & declaratum est,
 b Eos duntaxat immunitates habere,
 qui apud Ecclesias permanent, non
 divagantes, nec circa ministeria di-
 vina desides. Deinde etiam quæritur,
 à quibus muneribus excusandi sunt,
 veluti an ab iis quæ ad Expeditionem
 Imperatoris conducunt? Et rescri-
 ptum est, c Neminem ab angariis, vel
 parangariis, vel plaustris, vel quolibet
 munere excusari, cum ad expedi-
 tionem Imperatoris, per loca, qua
 iter arripit, omnium Provincialium
 solita ministeria exhiberi debeant, li-
 cet possessiones, ad sacrosanctas Ec-
 clesias pertineant. Item an ad itin-
 erum, pontiumque instructiones, di-
 vinæ domus, & venerabiles Ecclesiæ
 teneantur? & d placuit teneri, quia
 non sunt inter sordida munera nume-
 rata. Sed & quæsitum est, an Ecclesia
 res alienas à muneribus subtrahere
 pos-

a C. 1. 5. 2.

b C. 1. 3.

52.

c C. 1. 27.

11.

d C. 1. 27.

7.

e C. 1.2. possit? & responsum, e Thessaloni-
 8. censis Ecclesiæ, propriæ Capitulationis
 modum, beneficio Imperiali suble-
 vandum, rempublicam autem Eccle-
 siastici nominis abusione, non læ-
 dendam.

Sed & de Officiis, & obsequiis à
 personis sacris præstandis dubitatio-
 nes oriri possunt, ut pote cum ad E-
 piscopi officium spectet, intra Diœ-
 cesin residere, an excusandus sit, qui
 Imperiali jussione detinetur? Et re-
 sponsum est, f cum per Imperialem
 jussione fiat, esse inculpabile, &
 cum quæsitum esset, an g si lites Ec-
 clesiis intententur, hac occasione E-
 piscopus abesse liceret? Decisum est
 non licere, sed eos per Oeconomos,
 Apocriarios, aut per Clericos alios,
 qui sub ipsis sunt, movere, & peti-
 tiones ad imperium dirigere oportere.
 Item an Clerici in propriis dun-
 taxat personis munia obire debeant?
 & placuit h quod per substitutos, sua-
 rum facultatum periculo, satisfacere
 non vetentur.

SECT.

S E C T. X.

De Iudicio Delicti circa Religionem.

Iudicium Delicti circa Religionem, est in quo intentatur questio ad pœnam delicti, quod Religionem ledit, vel quod à personis qui Religioni inserviunt, perpetratur.

Jure Imperatorio, Delicta circa Religionem graviora, & potissimum ea, quæ ab iis qui in ordine Clericali constituti non sunt, committebantur, etiam à Civilibus Magistratibus, veluti Provinciarum Præsidibus puniebantur: Aliqua, & præsertim quæ à Clericis circa Ecclesiastica admittuntur, Ecclesiasticum forum sortiuntur. Nam ut, *a* cum *a* N. 83. Clerici de criminibus civilibus conveniuntur, in Provinciis Præsides *in præfat.* Judices habent, & si rei pœna digni sint, prius ab Episcopo sacerdotali dignitate spoliandi sunt, & sub legum potestate constituendi: ita *b* si *b* N. 83. Ecclesiasticum sit delictum, Episcopus *c. 2.* decernere debet, nihil communicans cum Provinciæ Judicibus, neque.

neque enim voluerunt Imperatores, Civiles Judices talia negotia omnino scire, cum oporteat talia Ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium, secundum sacras, & divinas regulas, quas Imperatoriæ Leges sequi non dedignantur.

Et quod attinet ad pœnas delictorum, circa Religionem, in genere, eadem pœnæ quæ in Judiciis Civilibus, adhibentur, scilicet Capitale supplicium, Deportatio, Exilium, tormenta, verbera, Bonorum proscrip-tio, multa pecuniaria, & similia, in foro Ecclesiastico. peculiare sunt veluti Depositi-
 o ab Episcopatu, exclusio à sacerdotio, excommuni-
 catio, & pœna Canonica qua jejunia, & supplicationes injunguntur. Et ad Delicta in specie quod attinet, primo
 Apostatarum facultates, fisco vindicandæ sunt, ipsi à consortio om-
 nium segregandi, à testimoniis ali-
 eni habendi sunt, sed nec testamenti
 factionem habent, à nemine hære-
 des scribendi, nulli in hæreditate suc-
 cedere debent, quos Imperatores
 procul abjici, ac longius amandari
 præcepissent, nisi visum fuisset, pœ-
 næ

C. 1. 7.
 2. & 3.

næ majoris esse, versari inter homi-
 nes, & hominum suffragiis carere,
 sed nec unquam in statum pristinum
 restituendi sunt. Lapsis enim & er-
 rantibus, subvenitur, perditis vero
 nullo remedio pœnitentiæ, quod aliis
 criminibus adesse solet, succurritur.
 Postea etiam sancitum est, *d* ut gla- *d C. 1. 11.*
 dio ultore sternerentur, & ut qui ex *1.*
 cultu Christianæ Religionis alios in
 nefandam sectam, ritumve traduxe-
 rint, capite puniendi sint. Secundo
 e Hæretici divinæ vindictæ subji- *e C. 1. 1.*
 di, arbitrio Imperatoris plectendi, *1. & 2.*
 & si quid factiose tentaverint, etiam
 urbium mœnibus exterminandi sunt.
 3. *f* Qui sanctum baptismum iterat, *f C. 1. 6.*
 vel cum ingenuus sit, in se fieri pas- *1.*
 sus est, & non detulerit, exilio, ac
 decem librarum auri multa dam-
 nandus est. 4. *g* Qui Ecclesiæ Pri- *g C. 1. 3.*
 vilegia, vel temere violat, vel dissi- *13.*
 mulatione negligit, quinque libra-
 rum auri condemnatione plectendus
 est, & *h* si in excommunicatione *h Anth.*
 propter Libertatem Ecclesiæ fractam, *seq.*
 per annum perseveret, ipso jure, Im-
 periali banno subjacet, quo nullate-
 nus extrahendus est, nisi prius ab Ec-
 cle-

- 3 N. 123. 6. 7. *i* nuerit. 5. *i* Qui Episcopum invitum, ad Civile tribunal perduxit, Judex, præter cinguli detractorem, viginti librarum auri pœnam Ecclesiæ cujus erat Episcopus, solvere cogendus, Executor post cinguli detractorem verberibus subdendus, & in exilium.
- 2 N. 123. 6. 3 1. *k* Qui in Ecclesia Episcopo, vel Clericis contumeliam infert, tormentis subjiciendus, & in exilium mittendus est. 7.
- 1 C. 1. 12. 4. *l* Qui in Ecclesia seditionem, & tumultum facit, item qui divina mysteria, vel sacra ministeria perturbat, vel celebrari prohibet, capitali supplicio afficiendus est. 8. *m* Qui Conventicula illicita celebrat proscriptio-
 N. 123. 6. 3 1. *n* Qui ad Ecclesias confugientes abducit, tenetur Majestatis. 10. *o* Qui dies festos Majestati divinæ dedicatos, prophanat, præter amissionem militiæ, proscriptionem quoque patrimonii sustinere debet.

Deinde quod ad Delicta quæ à sacris Personis Episcopis scilicet, vel

- 1 N. 123. 6. 10. *p* Si Metropolitanus Synodos celebrare
 ne-

negligant, Præfides Provinciarum eos ad celebrandum urgere debent, & si moram nectere, & legnius ea peragere viderint, Imperatorem ea de re certio- rem facere, ut ab ipso contra eos qui celebrare negligunt, conveniens correctio procedat. 2. ¶ Si quis Antistitis sedem interventu pecuniæ sub- iisse, aut si quis ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegatur, ad instar publici criminis, & læsæ Majestatis, accusatione proposita, à gradu sacerdotii depellendus est. Nec solum deinceps hoc honore privandus, sed perpetuæ infamiæ damnandus, ut quos par facinus coinquinat, & æquat, utrosque similis pœna comitetur. 3. † Si Episcopus ultra annum erraverit, & ad Episcopatum non remeaverit, Metropolitanus eum legitimis inclamationibus revocare debet, & si maneat inobediens, ab Episcoporum choro expellere. 4. ¶ Qui aliquem injuste a Communione separare ausus est, ab eo cui subijcitur, à Communione est separandus. 5. Qui ab Episcopali loco detrusus aliquid contra quietem publicam molitur, ab urbe, quam

¶ C. 1. 3.
32.¶ N. 6.
6. 2.¶ C. 1. 3.
14.

con-

conturbavit, centum milliaribus vitam agere cogendus est, nec Imperatoris secreta audire permittendus.

t. C. 1. 3.
31.

Denique reliqui Clerici 1. & Si propter ordinationem aliquid dederint, prout Episcopi, qui acceperunt, plectendi sunt. 2. // Qui sacerdotium relinquunt, aut in Curiam cum substantia, aut sub inopia degentes, ad officialem fortunam, deponendi sunt.

u. N. 6.
6. 7.

x. N. 3.
6. 2.

y. N. 123.
6. 9.

3. x Qui ab una Ecclesia in aliam transeunt, revocandi sunt. 4. y Si Clericus mulierem ascititiam domus sue habuerit, quæ possit contra ipsum suspicionem inducere, atque semel atque iterum à suo Episcopo, vel à Collegis suis admonitus, eam domo sua ejicere noluerit, aut emergente accusatore probatus fuerit, cum tali muliere inhonestè conversari, Episcopus ejus, secundum Canones Ecclesiasticos, ipsum clero ejicere, & Curia Civitatis tradere debet. 5. z Si Presbyter, aut Diaconus convictus fuerit aleator esse, vel spectaculis interesse, à sacra liturgia separandus est, & ipsi pœna canonica injungenda, & tempus definiendum, intra quod conveniat, ipsum jejuniis, & supplicationibus

z. C. 1. 4.
34. §. 4.

a. C. 1. 3.
17.

nibus

nibus super tali transgressione placare Deum. 6. *a* Qui disceptationes forenses exercent, competenti supplicio subjugandi sunt. 7. *b* Si possessiones alienas conducant, pœna pecuniaria in usum Ecclesiæ ab iis exigenda est. 8. *c* Si Presbyteri, vel Diaconi inventi fuerint falsum testimonium in causa pecuniaria perhibuisse, tribus annis à sacro ministerio separandi sunt, & monasteriis tradendi, in Criminali causa, clero nudandi, & legitimis pœnis subdendi sunt: Reliqui omnes Clerici, si falsum testimonium, in qualibet causa, dixerint, non solum Ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi debent.

P A R S

PARS SECUNDA.

SECT. I. *De Iure Pie cause.*

2 *De Pio Statu.*

3 *De Pio Dominio.*

4 *De Debito circa Piam causam.*

5 *De Delicto circa Piam causam.*

6 *De Iudicio Pie cause.*

7 *De Iudicio Pii Status.*

8 *De Iudicio Pii Dominii.*

9 *De Iudicio Debiti circa Piam causam.*

10 *De Iudicio Delicti circa Piam causam.*

PARS

PARS SECUNDA.

SECT. I.

De Iure Pia causa.

Ius Pia causa est, qua Professionis Regularis, & Indigentium favorem respicit, & versatur circa Pium statum, Pium Dominium, & Debitum, & Delictum circa Piam causam.

AD Jus sacrum Religionis, Jus Piæ causæ accedit, quod in gratiam Professionis Regularis, *a* quæ sanctiorem vitæ institutionem præ se ferebat, & Indigentium qui commiserationi humanæ præcipue commendabantur, constitutum est. Ita enim *b* Imperatori curæ *b* *Ibid.* fuit post illa quæ de sanctissimis Episcopis sancivit, & quæ de Reverendissimis Clericis disposuit, ne quid quod ad monasticam vitam conducatur, relinqueret: & fatetur, *c* humanitatis suæ esse, Egenis prospicere, ac dare *c* *C. 1. 2.* operam, ut pauperibus alimenta non desint, qua cura etiam Pius status, Pium Dominium, nec non Debitum, & Delictum circa piam causam, continentur.

SECT.

S E C T. II.

De Pio Statu.

Pius Status est Conditiō : eorum , qui ultrò à secularibus abstinent , quales sunt Abbates , & Monachi , vel ex necessitate aliqua circa secularia restringuntur , veluti Persona miserabiles , Orphani , Senes , Infirmi , Egeni , & consimiles .

IN Pio statu, eorum scilicet , qui se mundanis , non immiscēt, primo habebantur Abbates qui præerant , & Monachi qui subiciebantur. Nam ut

a C. 1. 3. 4. **a** Episcopi Abbatum curam gerunt , ita Abbates Monachorum , quibus pares sunt Abbatissæ , & Virgines vitæ solitariæ deditæ. De quibus jure

b C. 1. 3. 47. **N. 5. c. 9.** Imperatorio sancitum est , **b** Quod in piis Monasteriis & Asceteriis, mortuo Abbate , vel Abbatissa , non omnino is, vel ea, quæ tempore antiquior est, eligatur , sed quem utique , & vita optima , & mores honesti , & circa pium exercitium constantia , commendent , Et quem commune monachorum votum, vel major pars eorum , idoneum ad hoc putaverit , & propositis sacris Evangeliiis, elegerit ,

quæ

quæ manifesta fieri debent Episcopo ,
 ut is calculum Electoribus consen-
 tientem ferat, & electum ad Abbatis,
 vel Abbatissæ ordinem promoveat.
 Nec minus in monachis eligendis,
 qualitatis personarum rationem ha-
 bendam esse statuitur, nam *c* qui fu-
 turus est monachus, perfectus, & di-
 vinorum eloquiorum eruditione, &
 conversationis integritate opus ha-
 bet, ut tanta mutatione dignus sit, &
 præceptum est, *d* Eos qui singularem
 conversationem profitentur, non te-
 mere à monasteriorum præsulibus ha-
 bitum monachalem recipere permit-
 ti, sed per triennium tonsura, & veste
 eorum qui laici vocantur, uti, & ma-
 nere divina addiscentes eloquia, &
 tum demum, si se probos, & tolerabi-
 les Præsulibus, & aliis monachis de-
 monstrant, ad monachalem vestem,
 & tonsuram admitti.

c N. 5. in
 præfat.

d N. 5.
c. 2.

Deinde pius Status censetur, etiam
 conditio eorum, qui præ impotentia,
 vel indigentia, seipsum sustinere non
 valent, quales sunt *e* Orphani, mino-
 res scilicet, qui parentibus, & substan-
 tiis destituti sunt, quos Orphanotro-
 phi educant, & sustentant; Infantes,

e C. 1. 3.
 32.

N quo-

S E C T. II.

De Pio Statu.

Pius Status est Conditio : eorum , qui ultrò à secularibus abstinent , quales sunt Abbates, & Monachi , vel ex necessitate aliqua circa secularia restringuntur, veluti Persona miserabiles, Orphani, Senes , Infirmi, Egeni, & consimiles.

IN Pio statu, eorum scilicet , qui se mundanis , non immiscet, primo habebantur Abbates qui præerant , & Monachi qui subiciebantur. Nam ut

C. 1. 3. **4.** **Episcopi** Abbatum curam gerunt , ita Abbates Monachorum , quibus pares sunt Abbatissæ , & Virgines vitæ solitariæ deditæ. De quibus jure

b C. 1. 3. **47.** **N. 5. c. 9.** Imperatorio sancitum est , **b** Quod in piis Monasteriis & Asceteriis, mortuo Abbate , vel Abbatissa , non omnino is, vel ea, quæ tempore antiquior est, eligatur , sed quem utique , & vita optima , & mores honesti , & circum exercitium constantia , commendent , Et quem commune monachorum votum, vel major pars eorum , idoneum ad hoc putaverit , & propositis sacris Evangeliiis, elegerit ,
quæ

quæ manifesta fieri debent Episcopo ,
 ut is calculum Electoribus consen-
 tientem ferat, & electum ad Abbatis,
 vel Abbatissæ ordinem promoveat.
 Nec minus in monachis eligendis,
 qualitatibus personarum rationem ha-
 bendam esse statuitur, nam *c* qui fu-
 turus est monachus, perfectus, & di-
 vinorum eloquiorum eruditione, &
 conversationis integritate opus ha-
 bet, ut tanta mutatione dignus sit, &
 præceptum est, *d* Eos qui singularem
 conversationem profitentur, non te-
 mere à monasteriorum præsulibus ha-
 bitum monachalem recipere permit-
 ti, sed per triennium tonsura, & veste
 eorum qui laici vocantur, uti, & ma-
 nere divina addiscentes eloquia, &
 tum demum, si se probos, & tolerabi-
 les Præsulibus, & aliis monachis de-
 monstrant, ad monachalem vestem,
 & tonsuram admitti.

c N. 5. in
præfat.

d N. 5.
c. 2.

Deinde pius Status censetur, etiam
 conditio eorum, qui præ impotentia,
 vel indigentia, seipsos sustinere non
 valent, quales sunt *e* Orphani, mino-
 res scilicet, qui parentibus, & substan-
 tiis destituti sunt, quos Orphanotro-
 phi educant, & sustentant; Infantes,

e C. 1. §.
 32.

N quo-

- f C. 1. 3. quorum, f Brephotrophi; Pauperes,
48. quorum Ptochotrophi alumni sunt.
C. 1. 2. Senes, qui Gerontocomis; Infirmi qui
19. Nosocomis; Peregrini, qui Xenodo-
22. 46. chis curæ sunt.
&c.

S E C T. III.

De Pio Dominio,

Pium Dominium, est jus quod competit in rebus, ad monachos, & personas miserabiles pertinentibus.

IN pio Dominio sunt res immobili-
les, ut Domicilia, Monasteria scilicet, in quibus vitam solitariam agentes degunt, Orphanotrophia, Brephotrophia, Ptochotrophia, Gerontocomia, Nosocomia, Xenodochia, ædes, quæ infirmis, & egentibus cujusque generis destinatae sunt. Et Res mobiles ad usus necessarios adhibendæ, quibus etiam prospiciunt Constitutiones Imperatoriæ, ita sancitum est, quemadmodum de Ecclesiis, ut nemo monasterium ædificet priusquam Episcopum advocet, qui manus ad cælum extendat, & locum per orationes consecret. Deinde, quod si quis donaverit rem aliquam immobilem, ve
mobi-

• N. 5.
C. 1.

mobilem, tanquam Xenodochium, Nosocomium, Prochotrophium, &c. ædificaturus, cogendus sit opus, quamvis nondum inchoatum sit, per se, vel hæredes suos perficere. Tercio *b* ut si quis donationes, usque ad *b C. 1. 2.* quingentos solidos in quibuscunque *19.* rebus, vel in monasterium, vel in xenodochium &c. vel in pauperes fecerit, citra actorum confessionem, donationes convalescant, sin vero amplioris quantitatis donatio sit, non aliter valeat, nisi actis intimata fuerit. Quarto, quod rerum quæ sunt in pio dominio, alienatio, sit illicita, ita constitutum est. *c Ne monasteria ven-* *c N. 7.* dantur, permutentur, alienentur, item *c. 11.* *d* prohibitum est quemlibet Abbatem, aut Abbatisam, Xenodochum, *d N. 12. 1.* *c. 1.* aut Prochotrophum, &c. aut quemlibet, venerabilibus domibus præsentem, licentiam habere, res immobiles alienare, aut per specialis pignoris occasione creditoribus tradere. Quintò quod ex testamento, vel ab intestato pia loca, piis personis succedant. ita sancitum est, *e* ut virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, vel *e C. 1. 2.* *13.* testamento, vel codicillis, quod om-

ni tamen alia juris ratione munitum fit, monasterio, vel pauperibus aliquid, vel ex integro, vel ex parte, in quacunque re, vel specie, voluerit, relinquat, idque modis omnibus ratum, *f C. 1. 3.* firmumque consistat, & quod *f si* Monachus, vel mulier quæ vitæ solitariae dedita est, nullo testamento condito decesserit, nec ei parentes, aut liberi, vel qui cognationis jure junguntur, vel uxor extiterit, bona quæ ad eum vel eam pertinuerunt, monasterio omnifariam socientur. *20.*

S E C T. IV.

De Debito circa Piam Causam.

Debitum circa Piam Causam est, quod personis piis, Monachis scilicet, & indigentibus, indulgetur, & quod ab iis præstari debet.

QUOD ad Privilegia attinet, quæ piis personis concessa sunt, Jure Imperatorio sancitum est, *a* Monachos, licet non sint Clerici, ipso jure immunitatem tutelæ, & curæ pupillorum habere; & decretum est, *b* omnia Privilegia, quæ quibuscunque temporibus Monasteriis, Asceteriis,

O r-

Orphanotrophiis, Xenodochiis, ac reliquis, præstita sunt, firma & illibata custodiri, & ejusmodi domos, iisdem privilegiis, quæ sancta Ecclesia adipiscitur, vel postea merebitur, intuitu pietatis, perpotiri debere. itaque Imperatores præcipiunt c Monachis, & Xenodochiis, & ptochiis & deputatis, nullis extraordinariis muneribus prægravari, eas enim sarcinas quas aliis personis, diversa ratione remittunt, beatis viris imponi, suo sæculo indignum judicant.

c C. 1. 3^o
31.

Deinde ad officia quæ à piis personis præstanda sunt, spectat, primum, quoad monachos ordinatum est, d N. 133^o
Quod in quolibet monasterio quatuor, aut quinque ex eadem manitione, Senes sint, quibus omnis difficultas in sancta illa vita, superata est, qui Ordinem in Clero meruerunt, qui ad euntibus sui copiam faciant, & de Scripturis sanctis sermocinentur, efficiantque, ut alii omnes, tales reputentur, simul sacram adservantes ædem, simul juventutem insolescentem, & terminos suos egredi volentem, in tolerantia retinentes. Deinde c Monachos reliquos, in duabus c. 6.

e N. 133^o
c. 6.

N 3

potif-

potissimum rebus, operam ponere oportet, ut aut sacris vacent scripturis, aut & manuaris artes, monachos decentes meditentur. Tertio sancitum

f N. 123.
6. 36.

est, *f* Quod monachi communiter comedant, & in communi dormiant, unoquoque in propria stratura jacente, ut mutuum alterutris, castæ conversationis testimonium præbeant.

g C. 1. 3.
32.

Deinde circa eos, qui miserabilium personarum curam gerunt, statutum est, Quod *g* Orphanotrophi qui pupillorum sunt quasi Tutores, adolescentium curatores, sine ullo fidejussionis gravamine, in emergentibus causis, tam in judicio, quam extra judicium, personas, & negotia eorum defendant, & procurent, & res eorum, præsentibus publicis personis, vel intervenientibus gestis recipiant, & custodiant, ut si quas earundem, propter scœnus, vel aliam urgentem causam, vel eo quod servari non possint, alienandas esse perspexerint, prius habita æstimatione, alienationem contractam ineant, & pretia quæ inde colliguntur, conservent. Sed & necessa-

h C. 1. 3.
42.

rium visum est, *h* Quod qui curam susceperunt Xenonum, Nosocomiorum,

nam, Orphanotrophiorum, omniaque ad ea loca pertinent, in eos qui in illis locis sunt, vel curantur, pie irrogent, & distribuant, manifestum enim est, quod quisquis ita relinquit, vel donat; ideo facit ut pie per ipsos dispense-
tur.

SECT. V.

De Delicto circa Piam Causam.

Delictum circa Piam Causam est, quo damnum, vel injuria monachis, vel miserabilibus personis infertur, vel quod ipsi contra Regulam, vel honestatem admittunt.

Delicta quibus Pia causa læditur, sunt veluti, *a* si quis virgines moniales rapere, vel attrahere, etiam matrimonii jungendi causa, ausus sit, *b* si mimæ, vel qui ludibrio corporis sui quæstum faciunt, monachorum, aut virginum quæ Deo dicatæ sunt, habitu utantur, *c* si parentes liberos monasticam vitam subsequutos, exheredent, vel ex monasteriis abstrahant, si quis miserabiles personas injuria, vel res eorum, damno afficiat; & similia.

Sed & in Delictis circa Piam Cau-

- d N. 133. sam censetur, *d* si monachi monasterium egrediantur, per urbes oberrent, aut cum iis quibuscum non decet, colloquantur, *e* si uxores ducant, concubinam habeant, aut vitam luxuriis tradant, *f* si in cauponis divertentur, *g* si monasteria in quibus conversationem habuerunt, relinquunt, *h* si ad aliam vitæ figuram transeant, *i* si Xenodochi, Ptochotrophi, &c. aliquid pro administratione tibi credita dederint, vel *k* administratione tibi commissa abutantur.
- c. 2.
c. 8.
f N. 133.
c. 2.
g N. 5.
c. 2.
h N. 5.
c. 2.
i N. 123.
c. 16.
k C. 1. 3.
46.

S E C T. V I.

De Iudicio Pia Causa.

Iudicium Pia Causa est in quo statuitur, de dubio circa Primum statum, Dominium, Debitum, vel Delictum contingente.

Sicut Clerici ita Monachi & miserabiles personæ, apud proprium Judicem, forum sortiuntur, quippe jure Imperatorio sancitum est, Quod si quis cum Monachis, vel Sanctimonialibus in monasteriis consistentibus, causam habuerit, Episcopum Civitatis interpellat, qui cum omni veneratione sacerdotali, causam

a N. 79.
c. 1.

sam examinet, & judicet, *b* Nec in *b* C. 1. 3.
 causis Civilibus monachi ad extranea ^{23.}
 judicia protrahendi sunt, nec regio-
 nem quam habitant, exire cogendi,
 sed apud Judices Ordinarios, id est
 Provinciarum Rectores, convenien-
 di sunt, Ita etiam *c* Xenodochi, No- *c* N. 123.
 socii, Ptochotrophi, & aliorum *c.* 23.
 piorum locorum gubernatores, apud
 proprium Episcopum, cui subjacent,
 conveniri debent, & rationem suæ
 gubernationis reddere, à quo, si pu-
 taverint se gravari, Metropolitanus
 causam examinet, & si à Metropoli-
 tano gravamen sit illatum, Patriar-
 cha causam discutiat, & determinet.

SECT. VII.

De Iudicio Pii status.

*Iudicium Pii status est, in quo quaritur de
 Abbatis Electione, de Monachis recipien-
 du. De Orphanotrophis, Ptochotrophis &c.
 praficiendu: & similibus.*

Circa Pium statum, quæstio in-
 stituitur, cum cujusquam Ele-
 ctio, in dubium vocatur, ut cum ad
 confirmationem Abbatis impedienda,
 objicitur, personam Electam
 N 5. ejus

ejus ætatis, aut conditionis non esse, quæ sacris Canonibus, & Constitutionibus Imperatoriis, requiruntur, Nam *a* cum, qui talis est, Episcopus sub quo Monasterium constitutum est, ordinare debet: Item cum quis vitæ monasticæ deditum, ratione conditionis vendicat, veluti qui allegat, *b* aliquem ipsius servum fuisse, & quod res quasdam abripuerit, & propterea ad monasterium recurrerit, quæ si vera esse apparuerint, Domino reddendus est, si vero nihil tale probetur, & is qui accusatur, honestæ conditionis repertus sit, & si nondum tempus triennii sit completum, asperitate abstrahere cupientis liberatus, in monasterio manere potest: & similiter de aliis.

a N. 123.
c. 34.

b N. 5.
c. 2.

S E C T. VIII.

De Iudicio Pii Domini.

Iudicium Pii Domini est, in quo agitur de jure in rebus ad monachos, vel miserabiles personas pertinentibus.

a C. 1. 3.
46.

DE Pio Dominio in iudicio agitur, utpote *a* cum quis id quod pie dispositum est, præstare negligit, de.

de quo cognoscens Episcopus, ut intra certum tempus impleatur, postulare debet: quod tempus si transierit, & nihil præstitum sit, Episcopus ea quæ ordinata sunt, exigere debet, & curare, ut Ecclesiarum, Hospitalium, Orphanotrophiorum, &c. ædificationes fiant. Item cum agitur, *b* ut secundum Constitutiones Imperatorias rei, quæ ad locum pium pertinebat, alienatæ restitutio, cum omni temporis intermedii fructu, fiat. *b N 7. c. 1.* Item *c* si quis Captivos, vel Pauperes scripserit hæredes, & non inveniatur, de quibus cogitaverit, ne videatur, quasi incertis personis, hæredibus institutis, iudicium suum oppugnandum reliquisse, definitum est, talem institutionem pietatis intuitu valere, & si indistincte quis captivos, vel pauperes hæredes scripserit, quod Episcopus, vel Xenodochus civitatis, hæreditatem nanciscatur, & si plures in Civitate Xenones, vel Ptœchotrophia sunt, pauperiori assignentur: & si nullus Xenon in Civitate inveniatur, quod tunc Episcopus hæreditatem accipiat, & pauperibus qui in Civitate sunt, vel

300 DE JURE PIAE
penitus mendicantibus, vel alia su-
stentatione egentibus, pecuniæ di-
stribuantur.

SECT. IX.

De Iudicio Debiti circa Piam causam.

*Iudicium Debiti circa Piam causam est,
in quo queritur, de Privilegiis, & im-
munitatibus piis personis indultis, nec non
de Officiis, & Obsequiis ab eis prestandis.*

QUemadmodum de Clerico-
rum, ita etiam de Monacho-
rum &c. privilegiis queri contingit,
2. C. 1. 3. *a* utrum scilicet iis debeantur, qui
52. apud monasteria non permanent? &
visum est non deberi, cum benefi-
cium iis sit indultum, ut omnibus a-
liis relictis, Dei omnipotentis mini-
steriis inhæreant. Et de eorum Offi-
ciis, *b* utrum omnes in communi
b N. 5. vivereteneantur? & placuit eos exci-
13. pi, qui in contemplatione degentes,
vitam remotam habent, qui Anacho-
retæ vocantur, tanquam à Commu-
nitione ad meliora vocati. Item *c* u-
trum omnes in eadem domo cubare
c N. 123. cogendi sint? & visum est, eos excu-
san-

sanctos, qui aut propter longævam in monasterio conversationem, aut senectutis, aut infirmitatis corporis, causa, in remotis cellulis, intra monasterium constitutis, cum scientia, & voluntate Abbatis, degere permittuntur.

S E C T. X.

*De Iudicio Delicti circa Piam
Causam.*

Iudicium Delicti circa Piam Causam, est, in quo agitur, ad pœnam Delicti, quod vel contra monachos, & personas miserabiles, vel ab eis committitur.

AD coercionem Delictorum, quæ contra Piam causam committuntur, sancitum est, quod *a* si quis sanctimoniam rapuerit, pœna capitali feriat, *b* Si qui pro ludibrio, monachorum, aut virginum habitu utantur, præter corporale supplicium exilio tradantur. *c* Si parentes liberos à monasteriis abstrahant, pœna arbitraria coerceantur. Ita & ad puniendum delicta quæ à piis personis committi contigerit, statutum est, Quod *d* qui monasterium

a C. 1. 3^d.
b N. 123^e.
c 4.
c N. 123^d.
c 4^o.
d N. 133^d.
c 2.

- rium egrediuntur, arbitrio Abbatis, vel Episcopi corrigantur, *e* Qui in cauponis diversantur, ab Antistite à monasterio expellantur, *f* Qui uxores ducunt, eadem poenâ afficiantur, *g* Qui vitam monasticam relinquunt, ut eorum substantiæ Monasteriis applicentur, & ipsi inter Officiales Judicis provinciæ statuantur. Denique quod *h* qui pro pii alicujus loci gubernatione, aliquid dederint, & qui res malè administrant, gubernatione nudentur, & expellantur.
- e* N. cad.
f N. 5.
c. 8.
g N. 5.
c. 6.
h N. 123.
c. 16.
c. 1. 3.
 46.

F I N I S.

DESCRIPTIO
JURIS ET JUDICII
MILITARIS;
AD QVAM
L E G E S,
Q V Æ
REM MILITAREM,
E T
ORDINEM PERSONARUM
respiciunt, referuntur.

PARS PRIMA.

- SECT. I. *De Iure Militari, &
De Iure Militiæ Armatæ.*
- 2 *De statu Militari.*
 - 3 *De Dominio Militari.*
 - 4 *De Debito circa rem Militarem.*
 - 5 *De Delicto circa rem Militarem.*
 - 6 *De Iudicio Militari, & de Iudicio Militiæ armatæ.*
 - 7 *De Iudicio status militaris.*
 - 8 *De Iudicio dominii Militaris.*
 - 9 *De Iudicio Debiti. circa rem militarem.*
 - 10 *De Iudicio Delicti circa rem militarem.*

PARS

PARS SECUNDA.

- SECT. I. *De Iure Militiæ Civilis; sive de Iure Nobilitatis.*
2. *De statu Nobilium.*
 3. *De Dominio Nobilium.*
 4. *De Debito circa Nobilitatem.*
 5. *De Delicto circa Nobilitatem.*
 6. *De Iudicio Militiæ Civilis, sive de Iudicio Nobilitatis.*
 7. *De Iudicio status Nobilium.*
 8. *De Iudicio Domini Nobilium.*
 9. *De Iudicio Debiti circa Nobilitatem.*
 10. *De Iudicio Delicti circa Nobilitatem.*

PARS

P A R S P R I M A .

S E C T . I .

De jure Militari, & de jure Militia Armata.

Ius Militare est quod in Communione Militari observatur. Estque Militia Armata vel civilis. Ius Militia Armata est qua rem vere militarem vel bellicam respicit, quo Status & Dominium Militare, nec non Debitum & Delictum circa Rem militarem continetur.

Pæter Communionem sacram aliæ etiam sunt communiones speciales, quibus Jura specialia constituta sunt.

& pro arduis & eminentibus Personarum meritis in Rempublicam extra ambitum communis Juris Privilegia certa sunt introducta. Ejusmodi est communitio militaris cum armata, tum civilis; *a* Armata, scilicet eorum qui Rei bellicæ dant operam; ad quam sustinendam Disciplina militaris maxime conducit, unde *b* Deus, & Stabilitas Imperii insignitur; in cujus sinu & tutela tranquillitas beatæ pacis acquiescit. Atque hujc commu-
nioni,

a D. 41.
l. 6.

b Valer.
l. 2. c. 2.

nioni Jus militare speciale constitutum est, ut, *c* Sicut leges armorum *c D. Inst. Cod. con- fir.* præsidio servatæ sunt, ita legibus Res militaris in tuto collocetur. Et hujusmodi Jus militare ad Statum militarem, Dominium militare, Debitum & Delictum militare, extenditur.

SECT. II.

De Statu Militari.

Status Militaris est conditio eorum qui in Communione militari agunt, qualis est Princeps qui rei militari præest. Præfetti militares, ut Duces, Tribuni, Centuriones, & Reliqui milites qui Equis vel Pedibus merent.

IN Communione militari, primus est & supremam potestatem obtinet Imperator, nam postquam *a* Lege *a D. 41. 1. 6. Nov. 105.* Regia, Populus in Imperatorem omnem suam potestatem contulit, ad ipsum etiam, Belli & Pacis Arbitrium devolurum est. Sub Imperatore sunt Præfetti militares, veluti *b* Dux *b D. 3. 2. 2.* exercitus qui exercitui præest: vel qui legiones cum suis auxiliis ab Imperatore commissas habet. Deinde *c* Tribuni qui Legionibus, & Centuriones *c D. Ead. 4* qui

qui alii, vel cohortibus praesunt. De-
 d *D.* 29. nique reliqui *d* milites sunt, omnes a-
 r. 1. lli, Equites (scilicet, qui Equestri mi-
 D. 3. 2. 2. litia exornati sunt; & Pedites, qui in
 obsequio pedestri rei bellicae operam
 navant. Ad militiam vero autoritate
 Imperatoris milites admittuntur, cum
 e *C.* 12. e nullum in ullo numero Equitum,
 36. 17. vel Peditum, sine Imperatorii numi-
 nis sacra Probatoria sociari conceda-
 f *C.* 12. tur, vel saltem eorum, *f* quibus Im-
 34. 1. perator, eos qui militiae se offerunt,
 probandi potestatem dedit. Et in de-
 lectu militum, qualitatis personarum
 ratio habenda est, quod non solum
 g *D.* 49. g servi ab omni militia prohibean-
 16. 11. tur: Sed & *h* Negotiatoribus mili-
 h *C.* 12. tare non est permittum, nec *i* Adul-
 35. terii, nec aliquo publico Judicio dam-
 i *D.* 49. nati, inter milites recipiendi sunt.
 16. 26. Tum vero modus in admittendo ob-
 k *Eod.* servatur, scilicet, ut quis *k* nomen
 l. 28. militiae det; deinde sacramentum
 D. 29. 1. praestet, tum *l* gladio cingatur, &
 23. in numeros militum referatur, de-
 Eod. l. 28. nique miles esse desinit qui ab Ex-
 m *D.* 49. ercitu dimissus, vel ab hostibus ca-
 26. 13. ptus est, & *m* missio, praeter ignomi-
 D. 3. 2. 2. niosam (quae ad poenas refertur) alia
 ho-

honestâ, alia *Causaria* appellatur. Honestâ est, quæ post vicelimum annum, tempore militiæ impleto, vel stipendiis emeritis, datur, unde *n* *Veteranus* n C. 10.
 & miles emeritus insignitur. *o* *Causaria* est cum quis vitio Animi, vel 54. 3.
 Corporis minus idoneus militiæ renuntiat, ex qua missione nulla estimationis macula cuiquam aspergitur. Et captus ab hostibus miles esse delinit, quia in servitutem redigitur, & civis esse cessat: *p* *Reversus* vero, o C. 12. 36. 8. *p* *D. 49.*
 Postliminio statum recuperat, quod 15. 5. &
 naturali æquitate introductum est; ut 19.
 qui per injuriam, sive viam ab extraneis detinebatur, is ubi in Fines suos rediisset, pristinum Jus suum reciperet. Sed & militiæ priori renuntiare videtur, qui aliam assequutus est, cum q C. 12.
q nemini facultas pateat, eodem tempore, plusquam unius Ordinis nomen 34. 5.
 affectare, & cunctis in commune, binis, pluribusve militiis, interdicitur.

SECT.

SECT. III.

De Dominio Militari.

Dominium Militare est Proprietas vel Jus proprium, quod Milites in rebus habent, præcipue in rebus ad usum militia paratis, ut in Armis, Equis & similibus, vel in rebus occasione Militia acquisitis, ut in Præda qua ab hostibus capiuntur; in Præmiis qua ab Imperatore & Ducibus donantur. In quibus omnibus milites Jus Peculii Castrensium habent, & de iis in Testamento disponendi specialem potestatem.

IN Rebus cujusque generis milites non minus quam alii Dominium, five Proprietatem, & Jura alia quæ Dominium, vel Proprietatem sequuntur, secundum Jus Gentium, & Jus civile obtinent. Specialius autem Jus habent in iis quæ ad usum belli comparantur, cujusmodi sunt *a* Arma, quorum appellatione, Galeæ, Loricæ, Scuta, & Gladii, item humeralia, & tibialia continentur. Item *b* Equi & similia. Deinde, in eorum Dominium cedit *c* Præda, id est quod in bello captum est, nisi sit immobile, nam publicatur *d* Ager qui ab hostibus

a D. 50.

16. 41.

D. 46. 16.

14.

b D. 49.

15. 2.

c Eod. l.

28.

d Eod. l.

20.

bus captus est. Mobilia vero quæ ab
 hostibus capiuntur, & statim capien- *e D. 41.*
 tium fiunt, quemadmodum amittitur, *1. 5.*
 quod ab hostibus capitur, sed Postli-
 minio recuperari potest. Nam *f post-* *f D. 49.*
 liminium, est Jus amissæ rei recipien- *15. 19.*
 dæ, cum intra fines Imperii esse cœ-
 perit. Tertio ad Dominium militum
 pertinent Præmia, quæ ab Imperato-
 re, vel Duce conferuntur, quæ *g Do-* *g D. 49.*
 nativa generaliter appellantur. Ea *16. 10.*
 vero quæ veteranis dari consueverunt,
 speciali nomine *h Emerita* dicuntur. *h Eod.*
 Et in hujusmodi bonis, Milites Jus *l. 3. & 12.*
 speciale obtinent, nam cum de Jure
 Civili *i* quicquid filii familias acqui- *i In. 2. 9.*
 rant, id saltem quoad usum fructum *5. 1.*
 Patribus eorum acquiratur. *k Quod* *k D. 49.*
 in militiam proficiscentibus, vel a *17. 1. &*
 gentibus donatum est, vel quod ipse *3.*
 Filius-familias in militia acquisivit,
 Peculium Castrense dicitur, & hoc
 eorum præcipue est, nec in eo Paren-
 tes ullum Jus habent. Denique mili-
 tes de his, quæ sunt in eorum bonis, in
 Testamentis disponendi liberrimam *l D. 29. 1.*
 potestatem habent; Nam *l* simplici- *1.*
 tati militum consultum est, ut quo-
 quo modo testati fuerint, rata sit eo-
 rum

rum voluntas, & ad bonorum suorum divisionem faciendam nuda voluntas Testatoris sufficiat, ut *m* si quid in vagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint, gladio suo ipso tempore quo in prælio vitæ sortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oporteat. Sed & *n* si Miles Testamentum imperfectum relinquat, scriptura quæ profertur, perfecti Testamenti potestatem obtinet, nam militis Testamentum sola voluntate perficitur. Et *o* miles etiam ad tempus hæredem instituere potest, & *p* pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, & quamvis *q* miles hostium potitus, jure militari Testamentum facere non potest, ejus tamen bona *r* si in hostium potestate decedat, ad eos pertinebunt, ad quos pertinerent, si in hostium potestatem non pervenisset.

m C. 6.
21. 15.

n D. 29.
1. 35.

o C. 6. 21.
8.

p D. 29.
1. 6.

q Eod. l.
10.

r D. 49.
15. 22.

SECT.

SECT. IV.

De Debito circa rem Militarem.

Debitum circa Rem Militarem est, quod Milites ratione Militia percipere debent. Veluti Immunitates, Stipendia, Annona Militares, & similia; Et quod ratione officii praestare, veluti Militaria obsequia, deinde id ad quod ex Conventione privata, hinc vel inde obligatio inducitur.

Praeter Bona, quae Jure Domini ad Milites pertinent, alia ipsis ratione Militiae è publico debentur, velut Immunitates, quae à muneribus quibusdam indulgentur, cum *a* iis qui in castris dant operam, nullum munus municipale injungi debeat; sed nec *b* iis qui emeriti sunt; cum Veteranis, qui viginti stipendia impleverunt, onerum & munerum personalium, vacatio concedatur; & *c* Angariorum praestatio, & recipiendi hospites necessitas omnino iis remittatur. *d* Stipendia & *e* Annonae militares quae ad victum, & vestitum publice praestantur. Item *f* metata sive hospitia quae iis ad bellum proficiscentibus, & ex procinctu redeuntibus,

a D. 40.
4. 3.
b C. 12. i
36. 2.
C. 12. 47.
1.
c D. 50.
4. 18.
D. 50. 5.
3.
d C. 12.
36 5.
e C. 10.
16.
C. 12. 40.
f C. 11.
41. 2. &
7.

O bus,

bus, à Provincialibus, & civibus præbentur: è contra Debitum militare est, quod ratione officii milites præstare debent. Ita *g* Officium Regentis Exercitum, non solum in danda, sed etiam in observanda disciplina consistit, & officium est *b* Tribunorum; milites in castris continere, ad Exercitationem producere, claves portarum suscipere, vigiliis circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum præbere, mentorum fraudem coërcere, valetudinarios inspicere. Deinde militum aliorum officium est, *i* intra agmen se continere, *k* stationis munus observare. Excubationi intendere, *l* omnitimore deposito contra hostes viriliter agere; & similia. Atque hujusmodi sunt quæ pro officiis militibus debentur, & quæ ipsi præstare debent. Pauciora sunt ad quæ ex conventionem vel contractu privato obligantur, vel alios obligatos habent, cum iis Negotiatio sit interdicta. Nam *m* milites qui à Repub. armantur, & aluntur, solis utilitatibus publicis occupari debent, nec agrorum cultui, vel animalium custodiae, vel mercimoniorum

g D. 49.
16. 12.

h Ead. l.

i D. 49.
16. 16.

k D. Eod.
l. 10.

l Caus.
23. q. 8.
c. ut pri-
dem.

m D. 49.
16. 15.
C. 4. 65.
35.

rum quæstui, sed propriæ militiæ
 muniis insudare, & si quæ inter ipsos
 aut alios obligationes intercedunt,
 jure communi diriguntur, præter-
 quam quod quædam negotia speciali
 jure muniuntur, ut pote *n* qui ab ho- n C. 3. 5. 1.
 stibus redempti sunt, quoad pretium 2.
 exolvatur, in causa pignoris constitui
 sunt, quod *o* æquum visum est, -eos o C. Eod.
 qui à barbaris venditi sunt, status sui l. 20.
 pretium propter utilitatem publicam,
 redhibere, ne quando eis damni con-
 sideratio in tali necessitate positus, ne-
 gari faciat emptionem, decet redem-
 ptos aut datum pro se pretium resti-
 tuere, aut laboris obsequio beneficii
 vicem referre. Ita licet res aliorum
 pactis de successione mutua non obli-
 gantur, *p* cum ad discrimen prælii p C. 2. 3.
 pergentes, ob communem mortis for- 19.
 tunam invicem paciscuntur, ut is qui
 supervixerit, alterius rebus potiatur;
 existente conditione, compendium
 rerum defuncti ad alterum defertur.

SECT. V.

De Delicto circa Rem Militarem.

Delictum circa Rem Militarem est, quod vel contra rem Militarem, vel à Militibus committitur; contra rem Militarem, ut si quis hostibus consilium, vel auxilium praberit; vel si quis à suis operam, vel opem subduxerit. A Militibus commissum Delictum, vel proprium est, quod à Praefectis, vel aliis contra disciplinam Militarem committitur, vel commune, quod etiam extra Militiam committi solet.

IN Jure Militari, ultra Statum, Dominium, & Debitum Militare, etiam Delicti circa Rem Militarem ratio habetur; & delinquitur, vel contra Militiam vel à Militibus. Contra Militiam utpote I. *a* Si cujus dolo Exercitus in insidias deductus, hostibusve proditus erit; vel si cujus dolo factum sit quo minus hostes in potestatem Populi Romani veniant, Si cujus opera hostes populi Romani comiteatu, armis, telis, equis, aliave qua re adjuti erunt; *b* quive hostibus populi Romani nuntium, literasve miserit, signumve, dederit quo hostes
popu-

a D. 48.

A. 4.

b Eod.

L. 1.

populi Romani adversus Remp. consilio juventur, quive milites sollicitaverit, concitaveritve, quo seditio tumultuosa adversus Remp. fiat. Item *c* si quis munus Militiæ detrectaverit, ut si ad delectum non responderit; vel si quis delectu propter bellum indicto, filium, ut inhabilis militiæ fieret, debilitaverit, vel militiæ tempore quoquo modo subtraxerit. Deinde a Militibus admittuntur delicta vel *d* Propria, vel Communia. Propria sunt, quæ quis uti miles admittit, vel quæ aliter quam disciplina communis exigit, admittuntur. Cujusmodi sunt *e* Si Dux vel Præfectus injussu Principis delectum habuerit, exercitum comparaverit vel bellum gesserit, *f* Si quis imperium, exercitumve Populi Romani deseruerit, *g* Si Præfectus in bellis cesserit, castra concesserit, aut arcem non tenuerit. *h* Si quis cum eo in provincia successisset, Exercitum successori non tradiderit. *i* Si quis alia, quæ ad Regentis Exercitum, vel Tribuni officium spectant, non præstiterit. Tertio in reliquis Militibus proprium Delictum est, veluti. I. crimen *k* Transfugæ, ejus scilicet

c D. 49.

16. 4.

d Eod.

l. 2.

e D. 48.

4. 3.

f Ead. l.

g Ead. l.

h Ead. l.

i D. 49.

16. 12.

k D. Eod.

3. 5. 10.

- licet qui ad hostes confugit, qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit; & I Transfuga non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus, aut ad eos cum quibus, nulla amicitia est, fide
- 1-D. 49. triam reliquit; & I Transfuga non
25. 194 is solus accipiendus est, qui aut ad ho-
stes, aut in bello transfugit, sed & qui
per induciarum tempus, aut ad eos
cum quibus, nulla amicitia est, fide
- m C. 12. suscepta transfugit. II. m Desertoris
46. 1. qui belli tempore à signis abiit, vel
D. 49. qui prolixum tempus vagatus reduci-
16. 3. tur. III. n Emanforis qui diu vaga-
n Eod. tus ad castra regreditur, unde deli-
L. 14. ctum desertoris, habetur ut fugitivi;
Emanforis, ut Erronis in servo: sed &
- o Eod. o Siquis commeatus spatium excessit,
l. 3. s. 7. Desertoris, vel Emanforis loco ha-
& 14. bendus est. IV. Delinquit p Qui ho-
p Eod. stibus insistentibus, exploratione e-
l. 3. & 5, manet, vel à fossis recedit, vel stationis
munus relinquit. V. q Qui in ac-
cie militibus spectantibus prior fugam facit. VI. r Qui præpositum,
q Eod. cum posset, non protegit. VII. s Qui
l. 6. §. 3. contra Ducem vel Præsidem contumax,
r Eod. aut irreverens fuit, VIII. p Qui
l. 3. s. 15. rem à Duce prohibita fecit, vel mandata
ejus non servavit. IX. u Si quis
u l. Ead. vallum transcendat; si quis per murum
s. 17. castra ingrediatur, si fossam tran-
silive-

filiverit. X. x Si arma amiserit, vel x l. Ead.
 alienaverit: & similia. Denique Deli- §. 13.
 ctum militum commune est, ut y Si y D. 48.
 Miles sibi manus intulit; x Si quis 19 38.
 commilitonem vulneraverit; Si pa- §. 12.
 cem perturbaverit; a Si ad depræda- z D. 49.
 tionem vel latrocinium se contulit, 16. 6.
 b Si miles artem ludicram fecerit: & a Ead.
 id genus alia. l. 5. 6.
 b D. 48.
 19. 14c

SECT. VI.

De Iudicio Militari, & de Iudicio
 Militia Armata.

*Iudicium Militare est, in quo de causa Mi-
 litari cognoscitur, estque vel militia ar-
 mata, vel civilis, scil. nobilitatis. Iudici-
 um Militia Armata, est in quo de Du-
 bio facti, vel Iuris in causa Status, vel
 Domini militaris, vel in causa Debiti,
 aut Delicti circa Rem militarem, disce-
 ptatur.*

Sicut Militibus armatis jura spe-
 cialia constituta sunt, ita iisdem
 Tribunalia, & Judicia propria sunt
 permessa, nec cum paganis ab aliis,
 sed à suis duntaxat Judicibus judican-
 di sunt. Nam a certi Juris est quod a C. 3. 1.
 militaribus hominibus facultas judi- 17.
 candi sit concessa, cum conveniat

homines qui alicujus rei peritiam habent, de ea re judicare, & constat militares magistratus, per usum approbatos esse, ut audiant lites, easque dirimant, & pro sua & Legis scientia altercationibus finem imponant. Ita in expeditione, & castris ad *b* Tribunorum officium pertinet, Principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, delicta secundum suæ autoritatis modum castigare. Alias *c* forum sortiuntur milites apud Magistros militum & Duces, forsitan & *d* Comites rei militaris. *e* Eadem vero de re, eodem tempore conveniendi non sunt apud Magistrum militum, & Ducem. *f* Nec solum inter Militares viros, sed inter privatum actorem, & reum militarem judicandi facultas Magisteriæ potestati conceditur, cum constet militarem reum, nisi à suo Judice, nec exhiberi posse, *g* In *Ead. l.* nec si in culpa fuerit, coerceri, *g* In judicio vero inter milites, si causa ad numerum militum spectet, per duos primates numeri conveniendi sunt, & syndicum possunt constituere. Et in *h C. 1. 18.* Judicio militibus peculiare est *h* quod si quis propter simplicitatem Militiæ

ar-

armatae, allegationes, competentes omiserit, cum coeperit ex sententia conveniri, defensionibus suis uti permittatur. Item si quod milites laesi, in integrum restituendi sunt, cum milites qui discedere a signis sine periculo non possunt, reipub. causa abesse intelligantur. *k* Sed & dum eunt in castra & redeunt, reipub. causa absunt, unde iis, si quid interim damni passi sunt, restitutio in integrum datur. Et miles qui sub armata militia meruit condemnatus; eatenus quatenus facere potest, cogitur solvere.

i D. 4. 6.

45.

k *Eod.*

l. 35. 5. 9.

l D. 42.

l. 16. &

18.

SECT. VII.

De Iudicio Status Militaris.

Iudicium Status Militaris est in quo quaeritur, an quis praefectus, vel Tribunus sit necne; utrum aliquis Miles sit necne, utrum postliminio quis sit reversus, & an statum recuperet necne, & similia.

IN iudicio Quæstio status movetur, vel principaliter, cum in dubio ponitur an quis hujus status, vel conditionis sit, necne: vel incidenter, cum ad aliud sustinendum, vel evertendum de statu, controvertitur. Ita de Statu

O 5

mili-

a D. 29.
1. 20.

militari quaesitum est, an *a* Tribunus militum habendus aliquis esset, postquam successor ejus in castra venit & responsum est, etiamsi in castris maneat, desinere eum loco Tribuni esse, postquam successor ejus in castra venit. Item quaesitum, an Tirones lecti milites habendi sint priusquam in numeros relati? Et responsum est.

b Eod.
l. 42.

b ex eodem tempore jure militari aliquem uti posse, ex quo in numeros relatus est; ante non: & proinde qui nondum in numeris sunt, etiam licet lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt. Quarto quaesitum est, an captus ab hostibus, statim civis, & miles esse desinat? &

c D. 49.
25.

responsum est *c* quod in eadem conditione manet, donec intra hostium praesidia sit perductus. Quinto in dubium vocatum est, an quis statum reciperet quamprimum ab hostibus e-

d. Ead. l.

valit? & decisum est *d* quod tunc reversus intelligitur, si ad amicos suorum pervenerit, aut intra praesidia suorum esse coepit. Sexto dubitabatur, an statum reciperet reversus, qui animum manendi non habet: & de Attilio Regulo, quem Carthaginenses

ses Romam miserant? responsum est, non esse eum postliminio reversum, quia juraverat se Carthaginem reversurum.

SECT. VIII.

De Iudicio Domini Militaris.

Iudicium Domini militaris est, in quo disceptatur de Equis, Armis, Prædis, Præmiis, de Peculio castrensi, de Testamento militari, & similibus.

AD Dominium militare quod atinet, quæri contingit de Equis, & Armis, an jure postliminii ad dominos redeant? Et responsum est quod *a* Equus & Equa freni patiens recipitur postliminio, quod sine culpa Equitis proripere se potuerint, *b* non idem in armis juris esse quod non sine flagitio amittuntur, unde arma postliminio reverti negatur, quod turpiter amittuntur. Deinde de Prædis in bello quæritur quid juris, si quod alius persequutus est, alius ceperit? & idem visum est quod de captis in venatione, de quibus *c* cum dubitatur an fera bestia quæ ita vulnerata est, ut capi posset statim, vulnerantis-

esse intelligeretur, & Trebatio placuit statim vulnerantis esse, & eoque eam ejus videri, donec eam persequitur, quod si desierit eam persequi, desinere ejus esse, & rursus fieri occupantis: plerique autem putaverunt eam non aliter vulnerantis esse quam si eam ceperit, quia multa accidere possunt, ut eam non capiat, quod est verius. Item an is qui rem illicite cepit, jus in alium transferre possit? De

- d D. 49. quo responsum est, quod *d* à Piratis
 15. 19. & Latronibus capti, liberi permanent,
 e *Eod.* & quod cum Latrones servum ali-
 1. 27. cui eripissent, qui postea ad Germanos id est hostes pervenerat, & à Germanis in bello victis ad Civem pervenerat, Jureconsulti negarunt à cive acquiri potuisse, quia verum esset eum surreptum esse. Quo etiam spectat quod de Bestiis statuitur, de quibus ita *f* Pomponius tractat, Cum Pastori alicujus Lupi porcos eripissent, eos vicinæ villæ colonus robustis canibus sequutus, lupis eripuit, & cum pastor alterius porcos repeteret, quærebatur utrum porci ejus sint facti, qui eripuit, an prioris Domini manerent? & visum est ejus factos qui
 cri-

eripuit, namque lupi genere quodam venandi id erant nacti, & quemadmodum terra marique capta, cum in suam naturalē laxitatem perveniunt, desinunt eorum esse qui ceperunt, ita ex bonis quoque cujusque capta à bestiis marinis & terrestribus, desinunt ejus esse; cum bestię ejus persequutionem effugerint. Si igitur desinit, si ore bestię fuerit liberatum, occupantis erit, quemadmodum A per cum potestatem alicujus evadit, si ab alio capiatur, ipsius fit? Sed statutum est Rem domini esse quamdiu recuperari potest; & melius existimatum est dicere quod à Lupo eripitur, domini manere, quamdiu recipi potest id quod ereptum est. Tertio de Præmiis quaeritur, an Donativa. & Emerita, id est Præmia veteranis dari consueta, alicui pro eo tempore quo apud hostes fuit, debeantur? Ad quam quaestionem respondit Imperator, *g* militem donativa temporis quo apud hostes fuit, ipsi postliminio regresso, restitui non jure desiderare. Modestinus vero censuit, *h* Siquis dum iter faceret, ex improviso ab hostibus capiatur, inspecto vitæ ejus præcedentis actu, venia ei dabi-

g C. 12.

36. 1.

h D. 49.

16. 3.

S. 12.

dabitur, & si expleto tempore militiae redeat, ut veteranus restituetur, & Emerita accipiet. Item quaeritur, si praemium ei praestitutum sit, qui primus urbem obsessam ingressus fuerit; & duo simul ingrediantur, quid & cui debeat, & ab autoritate arguitur ab aliis *i* quod propter incertitudinem neutri debetur, ab aliis, *k* quod alias meritis digniori, sit praestandum, ab aliis *l* quod Locus est gratificationi, ab aliis *m* quod Lis est sorte dirimenda: ab aliis *n* quod praemium sit dividendum, ab aliis *o* quod praemium integrum utrique sit praestandum. quod celebri exemplo Scipionis Africani confirmatur, qui cum muralem coronam ei promississet, qui primus novae Carthaginiis murum conscenderet, & duo simul conscendissent, utrique muralem coronam dedit. Quarto ad Peculium castrense quod attinet, judicatum fuit, *q* quod, si quod ad peculium castrense spectat, detineatur, *r* filius familias miles (quia praecipua habet quae secum tulit in castra) actionem, persequutionemque habet etiam invito patre. Item quod filius familias Equestri militia exornatus,

i D. 34.

5. 10.

k *Caus.*ult. *dest.*

63.

l D. 42.

1. 28.

m D. 10.

2. 5.

n D. 31.

1. 17.

o D. 34.

4. 3.

q C. 12.

37. 4.

r D. 29.

1. 43.

natus, & in comitatu Principis retentus, cingi confestim iustus, de castrensi peculio Testamentum facere potest. Quinto circa testamenta militaria quaesitum fuit, an *s* Titius qui priusquam Tribus Legionis factus esset, Testamentum fecit, & postea cinctus manente eodem testamento defunctus est, testamentum militare condidisset? & Marcellus respondit testamentum quod ante tribunatum fecisset, nisi probaretur quod postea valere vellet, ad jus commune pertinere, quod Constitutionibus Principum non militum testamenta, sed quæ à Militibus facta sunt, confirmantur. *t* Eod. l. 25.

Testamentum vero ante militiam factum, si quis in militia decesserit, si militis voluntas contraria non sit, jure militari valere Divus *u* Paulus descripsit. Item quaesitum fuit an cum Lucius Titius miles notario testamentum scribendum notis dicitasset, & antequam literis perscriberetur, vita functus sit, an hæc dictatio valeret? Respondit Paulus, Militibus quoquo modo velint & quomodo possint, testamentum facere concessum est, ita tamen ut hoc subsequutum esse, legitimum.

358 DE JURE MILITIAE
timis probationibus ostendatur. Item
cum x Statilius Severus quæreret, an
non id privilegium quod militantibus
datum est, ut quoquo modo facta ab
iis testamenta rata sint, sic intelligi
deberet, ut utique prius constaret, te-
stamentum factum esse, Divus Traja-
nus rescripsit, Si miles de cujus bonis
quærebatur, convocatis ad hoc homi-
nibus, ut, devoluntate sua testaretur, ita
loquutus est, ut declararet quem vel-
let sibi esse hæredem, voluntas ejus ra-
ta habenda est. Cæterum si ut ple-
rumque sermonibus fieri solet, Ego te
hæredem facio, aut tibi bona mea re-
linquo, non oportet, hoc pro testa-
mento observari.

SECT. IX.

De Iudicio Debiti circa rem militarem.

*Iudicium circa Debitum militare, est in
quo agitur, de Immunitatibus, Stipen-
diis, Annonis, & qua militibus debentur,
& de iis qua milites ratione officii presta-
re debent, nec non de iis qua ex conventio-
ne privata exiguntur.*

Non minus circa debitum occa-
sione militiæ quam circa domi-
nium

nium controverti potest. Ita *a* cum *a* *D.* 49.
 miles, decurio factus à muneribus *18. 2.*
 municipalibus excusari postularet, re-
 sponsum est quod miles factus decurio
 immunitatem non habet. Ita *b* cum *b* *C.* 12.
 quis pro eo qui septem annos in de- *36. 5.*
 sertione egit, & postea indulgentia
 Imperatoris restitutus est, supplicaret,
 pro stipendiis illius temporis, respon-
 dit Imperator Stipendia temporis quo
 in desertione fuit, exigi non debere. Et
 ad officia militaria quod attinet, cum
 quidam feriatis diebus operas impen-
 dere renuerent *c* Divus Trajanus Mi- *c* *D.* 21.
 nucio Natali rescripsit, Ferias à fo- *12. 9.*
 rensis tantum negotiis vacationem
 dare, ea autem quæ ad disciplinam mi-
 litarem pertinent, etiam feriatis die-
 bus peragenda esse. Denique cum de
 pretio captivæ redemptæ controver-
 tebatur, responsum est, *d* Ab eo qui *d* *D.* 49.
 ingenuam ab hostibus redemptam, eo *15. 22.*
 animo secum habuit, ut ex ea susci-
 peret liberos, ex inde intelligi oportet,
 remissum pignoris vinculum, ex
 quo optaverat de ea liberos suscipere.
 Item definitum est *e* quod si is qui *e* *Eod.*
 ab hostibus jus pignoris quod in *l.* 19 §. 9.
 redempto habet, pluris cesserit, non
 eam

330 DE JURE MILITIAE
eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet.

SECT. X.

De Iudicio Delicti circa rem militarem.

Iudicium delicti circa rem Militarem, est quo agitur ad poenam delicti quod contra rem Militarem, vel à militibus commissum est.

Poenæ quæ delictis circa rem militarem imponuntur, aut communes sunt, ut *a* summum supplicium quo vita tollitur, *b* damnatio in metallum quo libertas aufertur, *c* exilium quo jus Civitatis minuitur, pecuniaria mulcta, corporis castigatio & similia, aut speciales, veluti I. *d* Ignominiosa missio cum quis propter delictum sacramento solvitur. Vel *e* ignominiosa missio est, cum imperator, vel is cui de ea re statuendi potestas est, militem dimittens, nominatim addit, ignominia causa se dimittere. Sed et si eum exauctoraverit, id est, insignia militaria ei detraherit, licet non addiderit, ignominia causa se eum exauctorasse, infamem effi-

efficit, unde *f* non solum honoribus *f* *D. 49.*
 qui integræ dignitatis hominibus de- *16. 13.*
 ferri solent, excluditur, sed nec in urbe
 nec alibi ubi Imperator est, morari li-
 cet. II. *g* Militiæ mutatio, cum quis *g* *Eod.*
 in deterio rem militiam datur. Et III. *l. 3.*
b Gradus dejectio, cum quis in eadem *h* *ibid.*
 militia ad inferiorem locum detrudi-
 tur. De militibus vero generaliter
 servatur, ut *i* si quid deliquerint, ad *i* *D. 48.*
 eum remittantur sub quo militabant, *3. 9. 63.*
 cum is qui exercitum accepit, etiam
 jus animadvertendi in milites caliga-
 tos habeat. Atque hæc in genere de
 pœnis militum. In specie I. *k* qui *k* *48. 4.*
 hostibus auxilium vel consilium præ- *4.*
 bent; item qui injussu principis de-
 lectum habuit vel bellum *l* gessit &c. *l* *Eod. l.*
 tenentur ad pœnam legis Juliæ Ma-
 jestatis. II. *m* Qui munus militiæ *m* *Eod.*
 detrectavit, ut proditor libertatis in *l. 4. §. 10.*
 servitutem redigitur; *n* qui filium mi- *n* *Eod. l.*
 litæ subtrahit belli tempore, exilio &
 honorum partemulctatur, in pace fu-
 stibus cædi jubetur, Delectu propter
 bellum indicto deportatur. Ad deli- *o* *D. 48.*
 ctum militum quod attinet. *o* Trans- *19. 38.*
 fugæ ad hostes, aut vivi exuruntur, aut *f* *D. 49.*
 furcæ suspenduntur. *p* Item torqueri, *16. 3.*
s. 10.

&

& ad bestias damnari possunt, quamvis milites nihil eorum patiantur. Sed is qui volens transfugere apprehensus est, capite punitur. In judicio vero quo

q *Eod.*

l. 5. & 6.

de transfugis quæritur, q̄ à barbaris redeuntes ita restitui oportet si probent se captos evasisse non transfugisse, quod cum liquido constare non possit, argumentis cognoscendum est, ut si bonus miles antea æstimatus fuerit, prope affirmationi ejus credatur; si remansor aut segnis fuerit, non credatur ei. II. r

r *Eod.*

l. 5.

Qui in bello deseruit, capite puniendus est, qui in pace, Eques, gradu pellendus est; Pedes, militiam mutat. Sed & in judicio desertionis

f *Eod.* l.

shabetur ratio ordinis stipendorum, gradus militiæ, vel loci muneris deserti, & antea actæ vitæ, & an solus, an cum altero vel cum pluribus deseruit, aliudve quid crimen in desertione adjunxerit. Item temporis quo in desertione fuit, & eorum quæ postea gesta sunt. Sed & si fuerit ultro reversus. III.

t *Eod.*

l. 4. §. 14.

In judicio t̄ Emansionis, examinandæ sunt causæ, ut cum & ubi quis fuerit, & quid egerit, & datur venia valetudini, affectioni parentum & affinium, sed & tironi adhuc ignorantiam disciplinam i-

gno-

gnoscitur. IV. *u* Qui hostibus infestibus exploratione emanet, qui à fossato recedit, *x* qui in acie militibus spectantibus prior fugam fecit, *y* qui præpositum non protexit, *z* qui mandata ducis non servavit, vel rem à duce prohibitam fecit, etiamsi res bene cesserit, *n* qui vallum transcendit, vel per murum castra ingreditur, *b* qui in bello arma amisit vel alienavit, qui contumax contra ducem vel præfidem extitit, vel manum Centurioni intulit, capite puniendi sunt. *c* Qui stationem relinquit, aut castigatur, aut gradu militiæ dejicitur. *d* Qui fossam transilivit, militia rejicitur, & *e* Irreverens miles si vitem tenuit, militiam mutat. Denique ad delicta militum communia quod spectat, *f* Si miles sibi manus intulit nec factum peregit, nisi ex impatientia doloris aut morbi vel alia causa fecerit, puniendus est, alias cum ignominia mittendus. Qui commilitonem vulneravit, si gladio, capite punitur; si lapide, militia rejicitur. Item *h* miles turbator pacis, capite punitur. Et *i* qui relictis castris militaribus ad deprædationem vel latrocinium se conferunt, arbitrio judi-

u Eod.

l. 3. s. 4.

x Eod.

l. 6. s. 9.

y Eod.

l. 5. 8.

z Eod.

l. 3. s. 17.

a Eod.

l. 3. s. 17.

b Eod.

l. 3. s. 13.

c Eod.

l. 3. s. 5.

d Eod.

l. 5. 18.

e Eod.

l. 13. s. 4.

f D. 49.

l. 6. s. 6.

h Eod.

l. ult.

i C. 12.

46. 3.

334 DE JURE MILITIAE
judicis severitati ejus experiuntur.

¶ D. 48. Et si miles artem ludicram fecerit,
¶ 19. 14. capite puniendus est, cum delicta quæ
pagano nullam aut leviolem, militi
graviorem pœnam irrogent.

PARS SECUNDA.

SECT. I.

*Descriptio Juris Militiæ Civilis, sive
Juris Nobilitatis.*

Ius Militiæ Civilis est quod Ordinem per-
sonarum sive Nobilitatem respicit: quo
status & dominium Nobilitatis, item Debi-
tum & Delictum circa Nobilitatem, com-
prehenduntur.

a C. 12.
34. 5.
b Hot. v.
Militia.
c Cic. pro
Muren.
d C. 12.
34. 5.
e Zaz. ad
l. 2.
de Ori-
gin.



AD instar Militiæ Armatæ
constituta & firmata est a
Militiæ Civilis, quæ & b Pa-
latina & c Urbana dicitur,
eorum scilicet qui in d ordine civili
merent, Id est, qui in obsequio Prin-
cipis, vel in repub. ardua aliqua admi-
nistratione funguntur; vel præ aliis
fungi idonei censentur, pro quorum
meritis ordo instituitur, e qui est di-
cretio status hominis conditioni ac-
com-

commodatus, ut civēs apta & decenti collatione inter se cum repub. conjungantur; cum *f* nulla universitas possit subsistere, nisi eam ordo servet & sustineat. In quo ordine qui præ aliis conspicui sunt, Nobiles censentur, & secundum dignitatem quam sustinent, honorem quem adepti sunt, & Generis indolem quam præ se ferunt, æstimantur. Et quæ ad hanc Militiam civilem sive Nobilitatem, pertinent, jure etiam *g* scripto & *h* ulitato, diriguntur, qualia sunt status & Dominium Nobilium, nec non debitum & delictum circa Nobilitatem.

f Bod. de
repub.
l. 3.

g C. 12.
10. 2.
D. 50. 3. 4
h D. 50.
4. 14.
D. 50. 2.
11.

SECT. II.

De Statu Nobilitatis.

Statu Nobilium est conditio eorum qui in ordine Civili conspicui sunt, quales sunt primo Princeps ordinis, Imperator scilicet; deinde Principi Ordinis qui in Comitatu Principis & in repub. plurimum eminent, tum alii in ordine constituti & superiori, ut Senatores; & inferiori, ut Equites & Civēs ingenui.

Quemadmodum in Militia Armata, ita etiam in Civili sive inter

- ter Nobiles primus est Imperator, cum omnis ordo ab ipso pendeat, & ut *a* is qui suis consiliis suisque laboribus pro toto terrarum orbe die noctuque laborat, merito habeat dignam sua praerogativa fortunam, deinde post Imperatorem alii sunt in ordine civili praecipui, veluti in Comitatu Principis *b* Praefectus Praetorio cui Regimentis reipub: ad Imperatores perpetuos translatis ad similitudinem Magistri Equitum data est plenior licentia ad disciplinae publicae emendationem. Item *c* Quaestor sacri palatii, *d* Praepositus sacri cubiculi & consimiles, in urbe *e* Praefectus urbi, *f* Patricii *g* Consulares & Praetorii & in Provinciis *h* Praesides, qui de omnibus de quibus vel praefectus Praetorio, vel Praefectus urbi, itemque Consules & Praetores Romae cognoscunt, in suis provinciis cognitionem habent, atque hujusmodi Praecipui sunt in ordine civili: Post hos censentur reliqui qui in ordine Senatorio sunt, eorum scilicet *i* qui in senatu sententiam ferendi jus habent, ad quorum imaginem in Civitate Romana, in Municipiis *k* Decuriones suae
- a* C. 7. 37. 3.
- b* D. 1. 17. 1.
- c* C. 1. 19.
- d* C. 12. 5.
- e* C. 1. 28.
- f* C. 12. 3. ult.
- g* *ibid.*
- i* D. 1. 9. 12.
- k* C. 10. 33. 31.

fux curiæ quasi Senatores sunt. Deinde succedit ordo Equestris *l* eorum l C. 12. 32. 1. C. 2. 7. 14. C. 10. 52. 6. qui secundum post dignitatem Senatoriam gradum obtinent. Quibus pares Tribunalium excellentiorum Judices & Advocati, & perspecti Literarum professores, una cum uxoribus & filiis, ultimo sub Equestri ordine sunt Cives ingenui & qui inter plebem honestioris conditionis, & existimationis illæ sæ habentur. Ordinis vero cujusque arbitrium primo est penes Imperatorem; postquam *m* ad curam Principis Magistratum creatio pertinere cœpit, & ipsius sit in consilium vel comitatum quem libuerit adhibere; unde de dignitatibus ab Imperatore collatis disputare non oportet, quod *n* Sacrilegii instar sit dubitare n C. 9. 20. 3. an is dignus sit quem Princeps elegit. Et dignitatem Imperator confert, o C. 12. 8. cum alicui cingula dignitatis concedit, vel sine cingulo illustra dignitatis insignia mittit, vel honorariæ dignitatis codicillos impertit, vel *p* p C. 12. 18. 1. cum aliquem ad imperialis lateris comitatum admittit, vel *q* sacram purpuram contingere dignum arbitratur, ulterius ejus est *r* jus aureorum r D. 40. 10. 5. & 6

P

annu-

annulorum tribuere, ex quo Libertinus ingenuus habetur, & *f* Natalibus restituere, unde perinde habetur atque si quis ingenuus factus medio tempore servitutis, maculam non sustinisset. Sed & ad ordinem civilem aliqui, etiam per indulgentiam Principis Electione aliorum promoventur, ut *t* qui ad honores in Civitatibus suffragiis Civium cooptantur, Qui prospicere debent *u* quod honores integræ existimationis hominibus deferant, cum *x* famosis & notatis iisque quos scelus aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatum portæ patere non debeant, & *y* qui habitus indignus est inferiore ordine, multo magis indignus superiore censendus sit. Et *z* majoribus honoribus functos ad minores devocari non oporteat. Deinde etiam à Natalibus, & à nuptiis Nobilitas procedit; à natalibus *a* ut Patrum conditionem liberi sequantur. Unde cum paternos honores invidere filiis non oporteat, sciendum est, à Senatore vel solo clarissimo susceptum, in clarissimus dignitate esse mansurum; Et *b* Liberos

Sena-

f D. 40
II. 2.

t D. 50.
A. 3. §. 13.

u C. 12.
36. 3.
x C. 12. I.
2. & 6.

y D. i. 5.
4.

z C. 10.
A. 2. 2.

a C. 10.
31. 2.

C. 12. I.
9.

b D. 1.
9. 10.

Senatorum non tantum accipere debemus Senatorum filios, verum omnes qui geniti ex ipsis vel ex liberis eorum dicuntur; ita ut si quis & patrem & avum Senatorem habuerit, & quasi filius, & quasi nepos Senatoris intelligatur.

Item à Nuptiis Nobilitas provenit, cum *e* mulieres honore maritorum erigantur, & eorum radiis coruscent, unde *d* Consularium uxores, consulares fœminæ dicuntur, & Fœminæ nuptæ clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur, quia Fœminis dignitatem clarissimam Mariti tribuunt. Denique dignitas cessat extra locum & tempus dignitati præstitutum: & generaliter Nobilitati derogat *e* vita fordida, ut cum quis vile aliquod artificium exercet; & maxime vita turpis & inhonesta, cum *f* honorem reatus excludat, nec *g* ei servandus sit, qui se in scelus deduxit: Et is cujus *h* Existimatio probrosis notis iniusta est, honestioris, nobilisque personæ decore & jure omnino privandus sit. Sed & ut nuptiis acquiritur, ita etiam amittitur Nobilitas, Nam *i* Senatorum filia,

c C. 12.
1. 13.

d D. 1. 9.
1. & 8.

e C. 12.
1. 6.

f C. 3. 24.
1.

g D. 23.
2. 47.

h C. 5. 9.
2.

i D. 1. 9.
8.

clarissimarum foeminarum nomine non habentur nisi dum viros clarissimos sortitæ sunt; Foeminis enim parentes dignitatem tribuunt, donec plebei nuptiis fuerint copulatæ, & tam diu clarissima erit foemina, quam diu Senatorio nupta est vel clarissimo, aut separata ab eo alii inferioris conditionis non nupsit, nisi à Principe impetret ut iterum nupta minoris dignitatis viro in eadem dignitate maneat, quod Antoninus Augustus, Juliae Mammeæ consobrinæ suæ indulgit.

Et Eod. l.
ult.

SECT. III.

De Dominio Nobilium.

Dominium Nobilium est ius ex quo quaedam à Nobilibus pro ordine & gradu propria habentur; veluti Tituli, Insignia, & Ornamenta, Præcedentia, & Reverentia jura, quemadmodum & alia quæ habent in bonis, ut militia civiles, sportula & honoraria.

Sicut Militibus armatis, ita etiam Nobilibus & in ordine civili constitutis quædam sunt propria, quibus & à vulgo, & ipsi inter se distinguuntur.

tur. Ejus generis sunt primum Tituli
 quibus alii præ aliis cohonestantur, ita
 in ordine Senatorio alii *a* Illustres, ut *a* C. 7. 62.
 Præfectus Prætorio, Præfectus urbi, *32.*
 Consules & Consulares urbi, alique *b* D. 1. 9.
 in ordine præcipui: alii *b* Spectabi- *8.*
 les & Proconsules & Legati, alii Cla-
 rissimi, ut Reliqui qui dignitate Sena-
 toria decorati sunt, insigniuntur. Ex-
 tra ordinem Senatorium alii *c* perfe- *c. C. 12.*
 ctissimi, alii *d* Egregii nuncupan- *33.*
 tur. Deinde pro dignitate & gradu *d* C. 11.
 personarum constituta sunt *e* Insignia *7. 1.*
 quæ sunt qualitatis Eminentioris in- *e* D. 3. 11.
 dicia *η γαμορίας κοσμήματα*. Ita *f* Con- *1. 9. 5.*
 sularia insignia sunt duodecim fascæ. *f* D. 1. 16.
 Proconsules vero non plus quam sex *1. 6. 14.*
 fascibus uti permittuntur. Tertio Or-
 namentis etiam aliis Nobiles a vulgo
 distinguuntur, cum *g* auratas in tu- *g* C. 11.
 nicis aut lineis paragandas habere iis *8. 2.*
 tantummodo permittatur, quibus
 propter ministerium Imperiale con-
 ccessum est. Et *h* Nobilioribus dun- *h* C. 11.
 taxat in frænis Equestribus, sellis, & *11. 1.*
 balteis, margaritas, smaragdos, hya-
 cinthos, aptare vel inserere licet. Et
i Cives ab aliis usu aureorum annu- *i* D. 40.
 lorum discernuntur. Quo etiam spe- *10.*

k C. II. 19. 1. *l* C. I. 24. 4. *m* D. II. 7. 37. *n* D. II. 7. 12. *o* C. 2. 12.

stat quod *k* honorati tantum vehiculis intra urbem utantur; quod aliis pro meritis *l* statuæ ponantur, & sepulchris, & *m* monumentis ornamenta superaddantur. Quod in Exequiis pro *n* dignitate sumptus impendantur, unde *o* Fœminarum luctu deminuto tristiori, habitus, cæteraque id genus insignia iis remittuntur. Quarto Nobilibus etiam Jus Præcedentiæ proprium est, ut pro eorum gradu sit *p* sedes prior, Locus potior, decernendi, loquendi & suffragandi facultas antiquior. Denique pro dignitatis gradu, Reverentiæ Jus competit, unde aliis *q* facultas consistorium Principis ingrediendi, salutationes à Judicibus, & simul sedendi societas, indulgentur. Quin etiam præcipitur quod *r* acclamatione excipiantur, nec prætereantur ut incogniti, quod *s* alii iis teneantur assurgere, caput revelare, de via decedere, & similia. Atque hujusmodi sunt Nobilium Jura propria quæ ad existimationem pertinent: sed & habent quæ utilitatem respiciunt, utpote quæ in bonis sunt, veluti (præter feuda nobilia, de quibus Jus magis speciale tradi-

p C. II. 4.

q C. I. 48. 2. *r* C. II. 17. 1. *r* C. 12. 6. 1. *s* Cic. in Catone maj.

di-

ditur) militiae civiles, Sportulae, & Honoraria e quibus *t* militiae sunt *t* *Hot. v.* commoda quae militiam civilem ex- *Militia.* ercentibus publice praestantur. *u* Sportulae sunt pecuniae quae iudicibus pro *u* *C. 3. 2.* salario dantur. Item *x* Erogationes *x* *D. 50.* quae in ordine Decurionum fiunt, Et *2. 6.* *y* Honoraria sunt quae Professoribus & *y* *D. 50.* Advocatis donantur, iis enim ut praemi- *13. 1.* um, non ut mercedem accipere licuit, *§. 5.* cum quaedam honeste accipiuntur, quae forsitan inhoneste petuntur. Et quoad haec quae in bonis sunt, Nobiles etiam Jus peculii castrensis habent. Ita enim statuit Imperator quod omnes *z* Pa- *z* *C. 12.* latini, quae dum in palatio principis *3.* morantur vel parsimonia propria quiesciant vel donis Imperatoris consequuti fuerint, ut castrense peculium habeant, cum nec alieni sunt a pulvere, & labore castrorum qui signa Imperatoris comitantur. Denique *a* Mi- *a* *D. 31.* litias id est commoda administratio- *1. 22.* nem concernentia, in Testamento legare licet, & *b* si quis ante completum *b* *C. 12.* actum morte praeventus sit, residui *19. 11.* temporis solatia, ad haeredes, successoresque suos transmittit.

SECT. IV.

De Debito circa Nobilitatem.

Debitum circa Nobilitatem est quod ratione Ordinis Nobiles publice percipere debent, ut Immunitates & Privilegia Nobilitatis indulta, & quod Nobiles prestare debent, ut qua ad officium Nobilitatis spectant. Item ad quod ex conventionem privata obligantur, vel ad quod alios obligatos habent.

VLtra ea quæ quasi Jure Domini Nobilium propria sunt, alia, etiam iis publice debentur, veluti Immunitates speciales, *a* Nam si quis summum Patritiatus honorem consequutus est, si quis Infulis Præfecturæ prætorio vel Consulatus ampliatus est, curialis conditionis exors est, & liber cum suis facultatibus suaque posteritate quam edidit, postquam meruit dignitatem. Ita *b* Palatini immunes sunt à cunctis muneribus personali- bus & sordidis, cum universis mobilibus, idque beneficium ad filios eorum & nepotes ipso ordine sanguinis pertinet. Et *c* Senatori in qualibet provincia constituto, Judices injungendi aliquid muneris publici potestatem

a C. 10.
51. 66.

b C. 12.
29. 1.

c C. 12.
1. 14.

statem non habent. Sed & *d* Doctores Legum, Literarum Professores, d C. 102
52. 6. Medici, maxime Archiatri, una cum uxoribus & filiis & rebus quas in suis civitatibus possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus civilibus vel publicis immunes sunt, nec *e* Advocatis sollicitudo aliqua est e C. 2. 87.
6. injungenda. Atque hujusmodi sunt Nobilium immunitates sive privilegia, præter ea quæ in pœnis & suppliciis obtinent, quæ ad Judicia Nobilitatis referuntur. Deinde debitum ad quod Nobiles tenentur, est quicquid ad eorum officium spectat, quale est f C. 12.
17. 1. *f* Sollicitudo lateris Imperialis protegendi, g C. 126.
5. 3. *g* Obsequiis principis occupari, aulæ penetralibus inhærere, h C. 7.
37. 3. *h* Suis consiliis pro Imperio die nocteque laborare. Denique etsi *i* Nobiliores natalibus & honorum luce conspicui mercimoniū exercere prohibentur, unde cum Nobilibus contrahendi, non adeo frequens est occasio, & *k* Honor venali suffragio emendus non est. k D. 50.
4. 16. Nec æstimationem honoris in pecunia pro administratione offerentes audiendi sunt; quædam tamen circa honores conventiones va-

l D. 50.

12. 1.

m C. 8.

14. 27.

lide ineuntur, unde *l* Si quis communitati ob honorem sibi decretum vel decernendum, aliquid promiserit, ex pollicitatione quæ est offerentis solius promissum, tenetur, & *m* Militias quæ vendi vel ad hæredes sub certa definitione transmitti possunt, etiam creditoribus obligare licet.

SECT. V.

De Delicto circa Nobilitatem.

Delictum circa Nobilitatem est, vel quod contra Nobilitatem admittitur, ut si quid contra Dignitatem Principis, Procerum, vel aliorum Nobilium perpetratum sit, vel à Nobilibus committitur proprium, cum in iis quæ ad ipsos pertinent, defecerint vel excesserint, aut commune, quod ab aliis etiam committi contingit.

AD Delicta circa Nobilitatem quod attinet, primo contra Nobilitatem delinquent quicumque in Nobilitatis vel ordinis personarum præjudicium aliquid audent vel moliantur, utpote *a* Si quis Principis statuas violaverit, *b* Si quis adulandi studio inconsulto Principe, alicui statuas posuerit, *c* Si quis personas illustres ordinis indigne tractaverit, *d* Si

a D. 48.

4. 7.

b C. 1.

24. 1.

c C. 10.

31. 33.

d Si quis nomen alicujus operi propria liberalitate extracto inscriptum eraserit, cum nemo honorem de inscriptione nominis, suis operibus si qua fecerit, capere per invidiam prohibendus sit. *e* Si quis alterius infamandi causa aliquid in monumento publico posuerit. *f* Si ab aliquo statua in monumentis posita saxis cæsa sit, *g* Si quis ad infamiam alicujus Nobilis, libellum aut carmen aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolo malo fecerit quo quid eorum fieret, & similia.

Deinde Delictum proprium à Nobilibus vel ab aliis qui se pro Nobilibus gerunt, committitur; *h* Si quis obsequiis Serenitatis Imperatoriæ defuerit; *i* Si quis Judicum statuas argenteas, æreas vel marmoreas extra Imperiale beneficium acceperit; *k* Si quis nomen suum operi publico quod ejus pecunia factum non est, inscripserit; *l* Si quis falsum genus vel parentes falsos finxerit; *m* Si quis falsum nomen vel cognomen usurpaverit, modo dolo fecerit, nam aliter *n* Mutatio nominis innocentibus periculosa esse non debet. *o* Si quis pro Nobili

bili se gesserit, vel illicitis insignibus
 usus sit. *p* Si quis cui permillum non
 est, honoratorum vehiculo utatur. *q* Si
 quis vetito indumento vestitus pro-
 deat. *r* Si quis indebitum sibi locum
 usurpaverit: & similia. Postremo De-
 lictum Nobilium cum aliis commu-
 ne est, ut *f* Si Judices se furtis & sce-
 leribus maculaverint, *t* Si quis alius
 honestioris conditionis quæstus causa
 in scenam prodierit, si quis lenoci-
 nium fecerit, *u* si quis prævaricatio-
 nis vel calumniæ damnatus fuerit, *x* si
 mulier intra annum luctus nupserit,
y si fœmina illustris vel ingenua ca-
 stitatem non præstiterit, cum quo il-
 lustrior est, eo castior esse debet; & si-
 milia.

S E C T. VI.

De Iudicio Nobilitatis.

*Iudicium Nobilitatis est in quo agitur de
 Dubio facti vel juri in causa Nobilitatis,
 utpote cum agitur de statu vel Dominio
 Nobilium, nec non de Debito & Delicto
 circa Nobilitatem.*

AD tuendum jura Nobilitatis et-
 iam Judicia propria ordinata
 sunt.

sunt. Nam *a* Senatores in pecuniariis causis in Judicio tam Prætorianæ quam urbicariæ Præfecturæ, nec non Magistri officiorum, quoties ad eum Imperialis pietatis jussio emanaverit, respondere tenentur. *b* Quoties vero criminis publici vel privati, cui per procuratorem respondere non licet, judicium intentatur, nullius alterius Judicis præterquam Imperatoris vel Sacri cognitoris, cui Imperatoria Serenitas hujusmodi negotii audientiam mandaverit, cognitio esse debet. Ita *c* in obsequiis Imperatoris occupati, & aulæ penetralibus inhærentes, ab observatione aliorum tribunalium liberantur, & duntaxat in Magistri Officiorum judicio actiones contra se propositas excipere debent. Et in judicio circa Illustres personas illud speciale est, *d* quod nullum decretum sine scriptis neque in civili, neque in criminali causâ sustinere tenentur. *e* Et quod quoties ex privata cujuslibet interpellatione vel civili vel criminali viri illustres conveniendi sunt, remissa fidejussionis necessitate per speciale privilegium suæ fidei committi consequantur. Et *f* quod

a C. 30.

24. 2.

b eod. l. 2.

c C. 12. 54.

3.

C. 1. 29.

2.

d C. 126.

1. 17.

e eod. l. 1.

f C. 30.

24. 3.

abf.

§D. 4. 6.
22.

absque ulla observatione dierum fatalium eorum causæ audiantur. Denique ut milites qui absunt reipub. causa, ita etiam Nobiles in integrum restituendi sunt. Et *g* abesse reipub. causa is intelligitur, qui ab urbe profectus est, licet nondum provinciam excefferit. Sed & is qui excefferit, donec in urbem revertatur, quod ad Proconsules, Legatosque eorum, & ad eos qui Provinciis præsunt & Procuratores Principum qui in Provinciis tenentur, pertinet. *h* Tamdiu vero abesse reipub. causa quis videtur, quamdiu officio alicui præest, quod si finitum fuerit officium, jam desinit abesse reipub. causa: Sed & ad revertendum illi tempora computanda sunt, quæ Lex revertentibus præstitit. Quare si quo deflexerit rei suæ causa, id temporis ei non proficit, plane si infirmitate impeditus, continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis sicuti haberi solet, & hyemis & navigationis & cæterorum quæ casu contingunt.

SECT.

S E C T. VII.

De Iudicio Status Nobilium.

Iudicium Status Nobilium est in quo quaeritur, quis in dignitate constitutus sit necne, quis ratione Sanguinis, nobilis, vel ingenuus sit, necne.

Circa dignitatem quaesitum est de **a** Barbario Philippo qui cum **a D. r. 14. 3. C. 10. 32.** servus fugitivus esset, Romæ Præturam gessit, an non servitus ei obstiterit quo minus Prætor haberetur, & si obstiterit, quæ edixit, quæ decrevit, nullius momenti forent; & placuit prætorem habendum propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt, quod humanius est, cum potuit populus Romanus etiam servo decernere hanc potestatem, sed & si scisset servum esse, liberum effecisset. Ita quaesitum est. an extra territorium quis Magistratus sit, necne? & definitum **b D. r. 18. 3.** quod Præses provinciæ qui dum in provincia est, in suæ Provinciæ homines imperium habet, etiam postquam egressus est urbem, Jurisdictionem habet voluntariam, & portam Romæ ingressus deponit imperium,

- c* *cod. l.* 20. ritum, *c* nec quis abdicando se imperium amittit. Deinde circa Nobilitatem generis quæritum est, an Senatoris filius habendus sit, qui natus est ante patris dignitatem: & censuit
- d* *D. l. 9.* 5. *d.* Ulpianus nihil interesse, jam in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem Senatoriam. *e* Imperatores vero Valens & Gratianus rescripserunt quod Senator vel Clarissimus privatos habeat filios editos, quippe antequam susceperet dignitatem. Item an Senatoris filius sit qui post mortem vel amissam dignitatem natus est, de quo *f*
- f* *D. l. 9.* 7. Labeo scribit etiam eum qui post mortem patris Senatoris natus est, quasi Senatoris filium esse. Et Ulpianus censuit, *g* Si quis conceptus sit antequam Pater ejus senatu moveatur, quod quasi Senatoris filius intelligatur, quod tempus conceptionis spectandum plerisque placuit. *h* Sed eum qui postquam Pater ejus de Senatu motus est, & concipitur & nascitur, quasi filius Senatoris habendus non est. Quod si pater amiserit dignitatem ante conceptionem filii, Senatoris nepos intelligi potest, Ut Axi digni-

dignitas potius ei profit, quam ob-
 fit calamitas patris. Item *k* quæsitum *k D. 1.9.*
 est an Consularium matrēs Contula- *1.*
 res sint? & affirmat Saturninus, in-
 quit Ulpianus, sed hoc nec usquam
 relatum est, nec unquam receptum.
 Item quæsitum est an Is sit nobilis qui
 ex matre duntaxat nobili natus est, & *1 D. 50.*
 placuit quod non, *1* Quia in matrum *16. 196.*
 familia liberos non esse palam est,
 cum qui nascuntur, Patris non Ma-
 tris conditionem sequantur, unde
m si quis ex filia Senatoris natus est, *m D. 1.*
 patris ejus conditio spectari debet. Et *5. 10.*
n Maternus sanguis decurionem non *n D. 50.*
 facit, nisi Princeps aliud indulsit, *2. 44.*
 quemadmodum Iliensibus conces- *o D. 50.*
 sum est, ut qui matre Iliensi natus est, *1. 1.*
 sit eorum municeps: & Celsus refert
 Ponticis ex beneficio Pompeii ma-
 gni competere, ut qui Pontica
 matre esset, Ponticus elict. Huc e-
 tiam spectant, quæ de decurionum
 statu deciduntur, utpote, An de-
 curio qui ad tempus ordine move-
 tur, statim impleto tempore decurio
 fiat? *p* quod ita placuit, nisi alius in *p D. 50.*
 ejus locum sublectus sit, quo in casu *2. 2.*
 si locum plenum invenerit, expectare
 debet.

§ Ead. l.

debet, donec locus vacet; Item q an ad tempus relegatus, cum revertitur, decurionis honorem obtineat? De quo responsum est, quod reversus plane locum suum non obtinet, sed non semper prohibetur Decurio fieri. Denique ad tuendum statum ingenuorum (quod ad nobiles etiam quoscunque extendi potest) ordinatum est, quod r diffamari statum ingenuorum seu errore, seu malignitate periniquum est, proinde si Præses interpellatus diversam partem vocaverit, ut si defensionibus suis confideret, contradictionem faceret, & Judex commotus allegationibus interpellantis sententiam dederit, ne de cætero inquietudinem sustineret, quod si postea adversa pars in eadem obstinatione perseveret, aditus præses provinciæ ab injuria temperare præcipiat.

§ C. 7. 14.

SECT. VIII.

De Iudicio Domini Nobilium.

Iudicium Domini Nobilium est, in quo de Titulo, Insignis, Prælatione, Militiis Civilibus, Sportulis, Honorariis, & similibus controversatur.

Ad

AD tuendum Dominium Nobili-
 alium sive jura ad Nobilitatem
 pertinentia, etiam Judicia comparata
 sunt; & primum quod ad Titulos at-
 tinet, cum quæsitum sit, utrum Se-
 natorum filiarum indistincte Clarissima-
 rum fœminarum appellatione gau-
 deant? Responsum est *a* Clarissima-
 rum fœminarum nomine Senatorum
 filias nisi quæ viros Clarissimos for-
 titæ sunt, non haberi, quia fœminis
 dignitatem clarissimam parentes tri-
 buunt, donec plebei nuptiis fuerint
 copulatæ. Itade Insigniis quæsitum
 est, an in aliena provincia uti liceat?
 Et definitum, *b* quod Proconsul sta-
 tim atque urbem egressus est, ubi-
 que proconsularia insignia habeat, et-
 si potestatem non exerceat, nisi in ea
 provincia quæ ei decreta est. Item
 Rescriptum est *c* Præpositis sacri cu-
 biculi qui post finitam militiam Se-
 natorio consortio copulati fuerint,
 licere quoties ad aspiciendos agros
 suos, vel ob aliam causam proficisci
 voluerint, cingulo uti, cû hoc ad im-
 plendum eorum desiderium & ad nul-
 lius læsionem respicere videatur. Ter-
 tio

a D. 1. 9.
8.

b D. 1.
16. 1.

c C. 1. 2. 5.
5.

tio quando de prælatione & præceden-
 tia dubium est, vel quæstio oritur, ali-
 quando *d D. 9.* quando Sexus habetur ratio, unde *d*
 Consulari fœminæ Consularis vir
 præfertur, & videtur vir Præfectorius
 consulari fœminæ præferendus, quia
 major dignitas est in sexu virili. Quã-
 doque inter personas ejusdem ordinis
 antiquiores aliis præferuntur; Ita Im-
 perator, *e C. 1. 11.* e Eum loco volumus esse
 4. 1. potiozem, qui alios promotionis tem-
 pore & codicillorum adeptione præ-
f eod. l. 2. cesserit, & decernitur *f* quod sit se-
 des prior ante provectis, item locus
 conspectior, loquendique facultas an-
 tiquior, cui est splendor adepti Magi-
 stratus vetustior. Ita *g Antiquitus*
 8. 2. statutum est, Consularibus viris cæte-
 ros honoratos ipsius trabæ summitate,
 pares vero infulis, consideratione
 temporis, anteire, neque enim uno eo-
 demque genere dignitatis alius prior
 esse debet, nisi prior meruit dignita-
 tem, quod observandum etsi iterata
 vice fastigia Consulatus aliquis ascen-
 derit, Quia repetiti fasces, virtutem
 meriti comprobant, non augment cum
 nihil sit altius dignitate; quandoque
 duplicis dignitatis habetur ratio, Unde
 de

de *h* Prior Consul posteriori Consuli *h* *Ead.l.*
 eidemque Patritio posthabetur, quod
 si Patritiatum postea consequatur,
 vinci eum oportet qui prior meruit
 Patritiatum, postquam iste honore
 Patritiæ dignitatis decoratus est. Sed
 & aliquando respicitur conditio di-
 gnitatis, Ita *i* ordinarii Consulares, *i* *C. 12.*
 honorariis anteponuntur: aliquando *8. 2.*
 respicitur autor dignitatis, Ita *k* in *k* *D. 50.*
 albo decurionum, in municipio nomi- *3. 2.*
 na ante scribi oportet eorum qui di-
 gnitatem Principis judicio consequuti
 sunt, postea eorum qui tantum muni-
 cipalibus honoribus functi sunt. Sed
 præcipue observandum est, si quid in
 Jure scripto cautum sit; Unde *l* *De- l* *cod. l. 1.*
 curiones in Albo ita scriptos esse o-
 portet, ut Lege municipali præcipi-
 tur; sed si Lex cessat, tunc dignitates
 erunt spectandæ, ut scribantur eo or-
 dine quo quisque eorum maximo ho-
 nore in municipio functus est, puta
 qui Duumviratum gesserunt, & inter
 duumvirales antiquissimus, deinde,
 qui secundo post duumviratum in Re-
 pub. honore functi sunt; post eos,
 qui tertio, & deinceps. Atque hæc de
 Judiciis Domini Nobilium, & de Ju-
 ribus

ribus quæ ad Existimationem spectant. Deinde contingit quæri etiam de Militiis & Honorariis; Et primo de Militiis in Jure habetur hujusmodi facti species. *Lucius Titius* in testamento suo *Publio Mævio* Militiam suam reliquit, sive pecuniam, quæcunque ex venditione ejus redigi poterit, cum suis commodis; *m Lucius Titius* Militiam vendidit, & pretium exegit, & dedit ei cui in testamento dari voluerat; Et post mortem *Lucii Titii*, *Publius Mævius*, militiam vel pretium ejus ab hæredibus *Lucii Titii* exigebat. *Celsus* consultus existimat pretium militiæ præstari non oportere, nisi Legatarius ostenderet, testatorem post factam solutionem, iterum eum pretium militiæ accipere voluisse. Quod si non totum pretium militiæ, sed partem vivus Testator Legatario dedisset, reliqui superesse actionem, nisi hæres ab hoc decessisse Testatorem ostenderit. Onus enim defuncti, mutatam defuncti voluntatem ad eum pertinere qui fidei commissum præstare renuit. Denique si de Honorariis Advocatorum controversia oriatur, Judex qui de causis extraordi-

m D. 31.

l. 22.

ordinariis cognitionem habet, *n* statuere debet, pro modo litis, pro Advocati facundia, & fori consuetudine, ita ut honorarium licitam quantitatem non egrediatur; Et licita quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos.

n D. 50.

13. 1. 5.

16.

S E C T. I X.

De Iudicio Debiti circa Nobilitatem.

Iudicium Debiti circa Nobilitatem est in quo quaeritur de Privilegiis, vel Immunitatibus Nobilibus indultis, & de Officiis à Nobilibus praestandu, nec non de iis, ex quibus ex conventione privata obligantur, vel alios obligatos habent.

DE Privilegiis Nobilium in Iudicio quaeritur, utpote an Senatores fœnus exercentes muneribus subjiciantur; & *a* placuit eos omnibus patrimonii intributionibus fungi debere; item in quantum jus ejus diminutum sit, qui Senatu motus est? & Responsum est, *b* eum capite non minui, & Romæ morari posse, judicem autem aut testem esse non posse. Item de decurionibus quaeritur, an iis qui

a D. 50.

1. 22. 5. 7.

b D. 1. 9.

2. & 3.

qui in alia loca transmigrant, immunitates competant? Et placuit *e* quod

c D. 50. 2. 1. Præses provinciæ, in patriam solum revocare, & muneribus congruentibus fungi curet. Item an debeantur Immunitates Professoribus extra patriam? *d* Et visum est eos qui Romæ profitentur, perinde in patria sua excusari à muneribus oportere, ac si in patria sua profiterentur. Secundo de Officiis à Nobilibus præstandis agitur, *e* quando aliqui excusari contendunt quod militiam civilem impleverunt, vel cum *f* aliqui ætate se excusent, ut intra vicesimum quintum annum studiis liberalibus operam dantes; item *g* majores quinquaginta quinque annis, vel cum *h* in valetudine, vel morbo inidonei fiunt, ut qui *i* cæcitate oppressus est, qui *k* articulari morbo debilitatus est, vel *l* valetudine pedum afflictus ut rebus propriis intercessum commodare non possit. Nam ob hujusmodi causas Rector provinciæ, si allegationibus fidem adesse perspexerit, ad officia civilia aliquot vocari non patitur.

Denique ex debito circa Nobilitatem ex conventionem privata agitur, ut
cum

cum quis *m* ad præstandum id quod m D. 50.
 ob honorem pollicitus est, conveni- 12. 3. 6.
 tur, cum ex pollicitatione quam quis 6.
 ob honorem apud Rempub. facit, non
 solum ipse, sed etiam hæredes in soli-
 dum teneantur, nec solum qui pro-
 prii, sed *n* & qui alieni honoris causa neod. l.
 opus facturum se in aliqua civitate 14.
 promiserit, obligatus sit. Item cum
 quis in emptione militiæ præferendus
 sit, controvertitur, de quo definitum,
 quod *o* militiæ quæ appellantur ex o C. 8. 14.
 casu, non omnibus prompte subjacere 27.
 debent, sed quod præferendus sit, pri-
 mo creditor qui ad hoc ipsum mu-
 tuavit, ut militia illa emeretur; tunc
 alii creditores sint admittendi.

SECT. X.

De Iudicio Delicti circa No- bilitatem.

*Iudicium Delicti circa Nobilitatem est quo
 agitur ad pœnam Delicti quod contra rem
 militarem, vel à Militibus commissum
 est.*

PRO coërcitione delictorum circa
 Nobilitatem comparatæ sunt pœ-
 næ generales, ut summum suppli-
 cium,

cium, exilium, & similia: & speciales, quibus dignitas auferitur, aut existimationis damnum inferitur. Dignitas auferitur, cum

- a* *D. 50.* quis ordine movetur, cum aliqui *b* Militiæ civilis cingulo, vel dignitatis honore spoliantur, vel cum aliquibus *c* codicillorum insignia auferuntur, vel *d* statui extrahuntur, Existimationis damnum inferitur; cum *e* ex delicto, existimatio auctoritate Legum, aut consumitur, aut minuitur. *f* Consumitur existimatio, quoties magna capitis diminutio intervenit, id est; cum libertas adimitur, veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in pœna deportati venit, vel cum Plebeius in metallum, vel opus metalli datur. *g* Minuitur vero Existimatio, quoties manente Libertate quis circa statum dignitatis plectitur, sicuti cum quis relegatur, vel ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi. Quinetiam *h* sciendum est, in coercitione delictorum circa Nobilitatem, non omnes eadem pœna affici debere. Nam, *i* Placuit eminentissimorum, nec non etiam perfectissimorum virorum liberos usque ad pronepotes, ple-

plebeiorum pœnis vel quæstionibus non subjici. Et *k* decuriones in metallum damnari non possunt, nec fur- *k* D. 48.
 cæsubiici, vel vivi exuri, parentes *19. 9.*
 quoque & liberi decurionum in eadem causa sunt. Sed & *l* exortes esse *l* C. 9. 41.
 debent pœnarum, quas fidiculæ & tormenta constituunt. Et *m* qui decurionatus munus deposuit, propter pristinam dignitatem, quæstionem non *m* *cod. l.*
 patitur. *n* In personis vero tam Plebeiorum quam decurionum constitutum est, ut qui majori pœna afficitur *17.*
 quam Legibus statuta est, infamis non fiat, ut si quis fustibus cæsus sit, ubi pœna pecuniaria erat imponenda, (ut in actione furti) dicendum est infamem non esse, quia solus fustium ictus gravior est, quam pecuniaria damnatio. *n* D. 48.
1. 5. 10.
5. 2.

Ad delicta specialia circa Nobilitatem quod attinet, *o* Qui Statuas aut *o* D. 48.
 Imagines Imperatoris jam consecratas violaverit, aliudve quid simile admiserit, tenetur lege Julia Majestatis, *4. 6. & 7.*
p hoc vero crimine liberatus est a Senatu qui statuas Imperatoris condavit; nec *q* is contrahit hoc crimen *p* *Eod.*
 qui statuas Cæsaris vetustate corruptas *l. 14.*
q *Eod.*
l. 5.

r Ead. l. reficit, & nec qui lapide jactato incerto statuam attigit.

f C. 10. 31. 33. II. *f* Si quis Judicium, Principalem aut decurionem, & suæ curiæ Senatorem tormentis subdiderit, viginti librarum auri illatione mulctandus est; & perpetua infamia inurendus.

r D. 50. 10. 2. III. *f* Si quis nomen ejus, cujus liberalitate opus extractum est, eraserit, & aliorum nomen inscripserit, Præses provinciæ pro arbitrio auctoritatem suam interponere debet.

u D. 47. 10. 27. *u* Si ab aliquo defuncti statua in monumento posita saxis cæsa sit, filius injuriarum agere potest, & si *x* quid

x Eod. l. 37. in monumento publico positum sit, infamandi alterius causa, agi potest ut tollatur de medio. Atque hujusmodi

sunt pœnæ quæ delictis contra Nobilitatem imponuntur, deinde delictis etiam à Nobilibus cõmissis, vel iis qui se pro Nobilibus gerunt, pœnæ constitutæ sunt, veluti, *y I.* Si quis Palatinorum, nulla negotii publici sollicitudine abstrahente, per biennium obsequiis Serenitatis Imperatoriæ defuerit, is retrorsum in ordinem inferiorem tractus quinque sequentibus post-

y f. 12. 17. 3.

ponendus est, quinquennium autem si fue-

si fuerit divagatus, ipso cingulo spo-
 liandus est. *II.* *a* Si quis Judicum per- *a C. 8. 12.*
 fecto publicis pecuniis operi, nomen *10.*
 suum sine Imperatorii muneris men-
 tione inscripserit, majestatis obno-
 xius tenendus est. *b* Si quis Judicum *b C. 1. 2. 4.*
 statuas argenteas, æneas, vel marmo- *12.*
 reas extra Imperiale beneficium acce-
 perit, emolumenta quæ in ea digni-
 tate qua polluit, accepit, fisco inferre,
 simulque existimationis pœnam subi- *c Paul.*
 re tenetur. *c* Qui falsum genus, vel *sent. 5.*
 falsos parentes finxerit, pœna falsi, id *5. 25.*
 est deportatione, & publicatione bo-
 norum coercetur, *d* cui pœnæ etiam *d D. 48.*
 obnoxia est falsi nominis vel cogno- *10. 13.*
 minis adseveratio. Qui *e* se pro No- *e Eod.*
 bili gessit, vel illicitis insignibus usus *l. 27.*
 est, pro admissi qualitate gravissime
 puniendus est. Sexto *f* Qui cum in- *f C. 11.*
 ter honoratos non sit, honoratorum *19. 1.*
 vehiculo utitur, abstinere cogendus
 est, nec *g* levi animadversione ple- *g C. 11.*
 ctendus, quisquis vetito & indebito *8. 2.*
 indumento se non abdicaverat. *h* VII *h C. 12. 8.*
 Si quis indebitum sibi locum usurpa- *10.*
 verit, sacrilégii reus habendus est, quod
 divina præcepta neglexerit.

Denique etiam pro Nobilium deli-

Q 3

ctis

Etis communibus etiam pœnæ præ-
 i C. 12. 1. stitutæ sunt, ut *§* Si Judices se furtis
 12. & sceleribus fuerint maculasse convi-
 & honore exuti, inter plebeios & pes-
 k D. 3. 2. simos quosq; habeantur. II *k* Si No-
 1. & 4. bilis, quæstus causa in scenam prodie-
 rit, si lenocinium fecerit, si prævari-
 cationis vel calumniæ condemnatus
 fuerit, ipsi infamiæ nota irrogetur; &
 similia.

F I N I S.

DESCRIPTIO
JURIS ET JUDICII
MARITIMI;
AD QVAM
QVÆ
NAVIGATIONEM
ET
NEGOTIATIONEM
MARITIMAM
RESPICIUNT, REFERUNTUR.

PARS PRIMA.

SECT. I. *De Iure Maritimo & de Iure Nautico.*

2 *De statu Nautico.*

3 *De Domino Nautico.*

4 *De Debito circa rem Nauticam.*

5 *De Delicto circa rem Nauticam.*

6 *De Iudicio Maritimo & de Iudicio Nautico.*

7 *De Iudicio status Nautici.*

8 *De Iudicio Dominii Nautici.*

9 *De Iudicio Debiti circa rem Nauticam.*

10 *De Iudicio Delicti circa rem Nauticam.*

PARS

PARS SECUNDA.

SECT. 1. De Iure Negotiationis Maritimæ.

2 De statu Negotiatorum.

3 De Dominio Negotiatorum.

4 De Debito circa Negotiationem.

5 De Delicto circa Negotiationem.

6 De Iudicio Negotiationis Maritimæ.

7 De Iudicio status Negotiatorum.

8 De Iudicio Domini Negotiatorum.

9 De Iudicio Debiti circa Negotiationem.

10 De Iudicio Delicti circa Negotiationem.

Q. 5

PARS

PARS PRIMA.

SECT. I.

De Iure Maritimo, & de Iure Nautico.

Ius Maritimum, est quod in Communione Maritima observatur. Estque vel Nauticum vel Negotiationis Maritima.

Ius Nauticum est quod Rem Nauticam vel Navigationem precipue respicit; Quo Status & Dominium Nauticum, item Debitum & Delictum circa rem Nauticam, continentur.

PRO humanis utilitatibus, ultra Domestica negotia quæ in partibus Terrenis exercentur, alia sunt quæ in Mari peraguntur, utpote Navigatio, & Negotiatio Maritima. Et primum, quod ad Navigationem sive rem Nauticam attinet, Jurisconsultus a Navium exercitationem ad summam Reipublicæ pertinere ait. Unde ad tuendam Navigationem sive rem Nauticam, etiam jus speciale comparatum est; quod & Legibus constat, quales sunt Imperatoriæ, & b Rhodiæ, quatenus iis Imperatoriæ non adversantur; &

a D. 14.
1. 1. 5. 20.

b D. 14.
2. 9.

CON-

DE JURE NAUT. PARS I. 372
consuetudinibus, quæ quasi proprium
jus inter Naucleros & Negotiatores
constituunt. Atque hæc circa statum,
Dominium, Debitum, & Delictum
Nauticum, versantur.

SECT. II.

De Statu Nautico.

*Statu Nauticus est conditio eorum ad quos
res Nautica spectat. Quales sunt sub
Principe qui universa rei Nautica impe-
rat, præfectus Maris vel Classis, Trierar-
cha, Navarchi, & alii qui Publicarum
Navium regimen habent. Deinde Privati
Domini & exercitores Navium, Magi-
stri, Gubernatores, & reliqui Nauta.*

IN communionem Maritimam summus
est Imperator vel Princeps, in cu-
jus Dominio Publicæ Naves existunt,
ejusque autoritati etiam Privatæ sub-
jiciuntur. Sub Imperatore in re Na-
vali constituitur Præfectus Maris vel
Classis, qui *b* Archigubernius infi- a D. 36.
gnitur, ut pote omnium Gubernato- 1. 46.
rum primus, *d* Trierarchæ, qui Tri- d *Ead. l.*
remibus præficiuntur, & *e* Navarchi, e C. 11. 1.
qui navium publicarum curam ha-
bent, deinde quoad rem Nauticam
Privatam, alii sunt domini, & exer-

26

cito-

f D. 39. citores Navium. Et *f* dominus est
 4. 11. qui proprietatem sive dominium Na-
 g l. 4. 7. vis habet. *g* Exercitor est ad quem
 h D. 14. Sed & idem potest esse & dominus &
 1. §. 15. exercitor Navis. Nam *h* Exercito-
 rem dicimus (inquit Jureconsultus)
 ad quem omnes obventiones & om-
 i D. 4. 9. nes reditus perveniunt, sive is domi-
 1. §. 3. nus sit, sive à domino Navem condu-
 xit. Deinde *i* Magister Navis est cui
 totius Navis cura mandata est, qui im-
 ponitur vel locandis Navibus, vel
 k D. 39. Mercibus, vel Vectoribus conducen-
 4. 11. dis, armamentisve emendis. Tum *k*
 Gubernator est qui Puppim, Proreta
 qui Proram regit. Sed & quidam sunt
 in Navibus, qui *l* *Ναυφύλακες*, id est,
 l D. 4. 9. Navium Custodes & Dietarii appel-
 1. §. 2. lantur. Reliqui Nautæ dicuntur, *m*
 m. *Eod.* qui Navis navigandæ causa in Navi,
 4. 1. §. 2. sunt, veluti Remiges, Mesonautæ, &
 consimiles.

SECT. III.

De Dominio Nautico.

*Dominium Nauticum est quod Personæ
 Nauticæ habent in rebus quæ Navigandi
 causa comparatæ sunt. Cujusmodi sunt
 Naves*

Naves, Armamenta Navium, & similia. Quæ ut Naufragio aliquando amittuntur, ita si quid è Naufragio superest, ad Dominum spectat.

IN Dominio vel bonis eorum qui rem Nauticam exercent, præcipue habentur Naves cujusque generis, cum Membris & instrumentis Navium. Et in genere *a* Navis dicitur, siue in Mari sit, siue in aliquo stagno naviget, siue schedia sit. Et *b* ex Navibus aliæ Onerariæ sunt, aliæ *επιβοηθησι* siue Vectorum ductrices. *c* Navigium etiam Navis est. Sed & Navigii appellatione Rates continentur: Deinde membra navis sunt quæ navi sunt conjuncta; veluti Gubernacula, Malus, Antennæ, Velum. Et *e* Malum esse navis partem, Artemonem non esse Labeo ait, quia pleræque naves sine Malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur; Artemo autem additamentum magis quam pars est. Item *f* Armamenta navis sunt navis instrumenta. Et in bonis Nautarum sunt *g* Cibaria quæ tempore Navigationis ad victum comparantur.

Deinde rerum hujusmodi dominium iisdem modis cum Juris Civilis, tum

a D. 14.

1. 1. 6.

b Bad. L.

S. 12.

c D. 43.

12. 1.

S. 14.

d D. 21.

2. 44.

e D. 90.

16. 244.

f D. 6. 2.

3.

g D. 14.

2. 6.

tum Juris Gentium, quibus rerum aliarum, acquiritur, & amittitur. Præterquam quod res hujusmodi etiam naufragii periculo sunt obnoxia, è quo si quid supersit, domini manet.

h D. 47. 9. 7. *h* Naufragium autem est quando navis vi maris aut infortunio frangitur.

i Eod. l. 6. *i* Expugnatur vero navis, cum vi hominis spoliatur, aut mergitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur.

k C. 11. 5. 1. *k* Quod si qua res navis Naufragio appulsa fuerit ad littus, vel terram aliquam attigerit, ad dominum pertinet, nec Fiscus debet se interponere cum nullum jus habeat Fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa

l D. 7. 9. 12. *l* sectetur compendium. Unde licet unicuique naufragia sua colligere, nec quod ex naufragio expulsus est, usu capi potest, quoniam non est in derelicto, sed in deperdito. Sed & quandoque naves postliminio ad dominos

m D. 49. 95. 2. *m* redeunt. Nam navibus longis atque onerariis, propter Belli usum, postliminium est non Piscatoriis, aut si quas Actuarias aliqui voluptatis causa paraverunt. Denique quibusdam

n D. 37. 23. 1. *n* personis nauticis, de bonis suis etiam jure militari testari licet. Ita tri-

rar-

tarchos classium, & navarchos, & omnes remiges in classibus, inquit Jureconsultus, jure militari testari posse, nulla dubitatio est.

S E C T. I V.

De Debito circa rem Nauticam.

Debitum circa rem Nauticam est quod ratione rei nautica, rem nauticam exercentibus debetur. Veluti immunitates Naviculariorum, Merces navium & Nautarum: Et quod rem nauticam exercentes prestare debent, veluti operas nauticas: Et alia, ad qua ex conventionne tenentur; ut Fœnus Nauticum, & similia.

DE jure quibusdam rem nauticam exercentibus immunitates debentur. Ita *a* navicularii qui Annonæ urbis serviunt, à muneribus publicis immunitatē consequuntur, quando in ejusmodi actu sunt; quia placuit eorum remuneranda pericula, quin & præmiis hortanda, ut qui peregre muneribus publicis cum labore & periculo funguntur, à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur. Item rem nauticam exercentibus veluti Dominis navium, debentur Merces pro navibus. Ita *b* exercitor

a D. 507
6.6.

b D. 140
1. 1. 5.
15.

D. 19.2.
61.

que tenetur nauta ex conventionē, *n* *n* D. 22.
 ad Fœnus nauticum. Id est, ad ma- 2. 1.
 jores Usuras pro pecunia trajectitia, C. 4. 33.
 quam cum periculo creditoris trans 1.
 mare vehendam mutuo accepit: o o Ead. l.
 Nam periculum creditor in se susci-
 pere debet; Alias usuras exigere non
 potest. Et *p* ex eo die periculum spe- p D. 22;
 ctat ad creditorem, ex quo navem na- 2. 3.
 vigare convenit. *q* Quod si pecunia q Eod. l. 1.
 eodem loco consumatur; non erit
 trajectitia, sed si Merces pecunia tra-
 jectitia comparatæ periculo credito-
 ris navigent, trajectitia pecunia fit:

S E C T. V.

De Delicto circa rem Nauticam:

*Delictum circa rem Nauticam est, quo res
 Nautica leditur, vel quod Dolo aut Cul-
 pa à Nautis admittitur. Prioris generis
 est, si quis Piraticam Pravitatem exer-
 ceat; si quis Hostes Navibus instruat; si
 quis à Naufragiis lucrum capret; si qui.
 Nautas spolient; si qui Navigandi condi-
 tionem deteriore faciant.*

*Posterioris generis sunt; si contra Manda-
 tum Principu Navigetur, si illicita Mer-
 ces Navibus imponantur; si Fiscales species
 distrahantur; si res imposta Furto sub-
 trahantur, vel nautarum culpa in Navi
 per-*

*pereant vel deteriores, si in Aliorum
Naves nauta impingant : & similia.*

IN jure etiam Maritimo Delicti
circa Rem Nauticam, habetur ra-
tio. Cum ejus quod contra Rem
Nauticam perpetratur; vel quo Res
Nautica læditur; Tum ejus, quod à
Nautis ipsis committitur. Et primo
contra Rem Nauticam est Delictum
eorum, *a* qui pravitatem Piraticam
exercunt. Piratæ vero sunt Latrones
& Prædones Maritimi, *b* qui in Nau-
cleros prædas agunt, & Navigantes
in Mari violenter aggrediuntur. Se-
cundo ad publicum Rei maritimæ
incommodum delinquent, qui Ho-
stes Navibus instruunt: Unde grave
crimen habetur eorum, *c* qui confi-
ciendæ Navis peritiam ante incogni-
tam Barbaris tradiderunt. Tertio in
Rem Nauticam graviter delinquent,
qui ex Naufragiis Lucrum captant,
ut *d* qui Nocte Lumine ostenso Na-
vigantes fallunt, quasi in Portum de-
laturi, eoque modo Naves & qui in
iis sunt, in periculum deducunt, ut
sibi execrandam prædam parent. Item
e qui Naufragorum Bona diripiunt:
Nec

Nec solum *f* qui Rapiunt, sed qui *f* *Eod. l. 3.*
 Abstulerunt, vel Amoverunt. Aliud
 enim esse Rapi, aliud Amoveri pa-
 lam est: siquidem Amoveri aliquid si-
 ne Vi potest, Rapi autem sine Vi non
 potest. Sed & *g* dicitur ex Naufragio *g* *Eod. l. 4.*
 Rapere, qui dum Naufragium fit &
 in illa Trepidatione rapit. Et *h* ni- *h* *Eod. l. 5.*
 hil interest utrum ex ipso mari quis
 rapiat, an ex Naufragio, an ex Lit-
 tore. Quarto in Rem Nauticam de-
 linquunt, qui Nautas spoliant, vel
 ab iis aliquid injuste extorquent: ut
i qui iniquas & molestas Concussio- *i* *C. 12.*
 nes sive Exactiones Nautis inferunt; *45. 1.*
 cum quæcunque Naves, ex quo li-
 bet portu seu littore dimittantur,
 nullam concussionem vel damnum
 sustinere debeant, cum earum Nau-
 cleri deponunt in quam provinciam
 ituri sint. Quinto Rei Nauticæ com-
 modum impediunt, qui Navigandi
 conditionem deterioreni faciunt. *k* *k* *D. 43.*
 Ut si quis pilas in mare jecerit, quo *8. 4.*
 usus ejus sit deterior: *l* si quid in Flu- *l* *D. 43.*
 mine publico ripave ejus immissum *12. 1.*
 sit, quo portus, statio, iterve, navi-
 gio deterius fiat. *m* Quod intelli- *m* *Ead. l.*
 gendum primum de Flumine Navi- *§. 2.*
 gabi-

gabili ; deinde de Flumine Publico non-navigabili , si ex eo aliud sit navigabile. Et *n* deterior statio itaque navigio fieri videtur , si usus ejus corrumpatur vel difficilior fiat , aut minor , aut rarior , aut si in totum auferatur. Proinde si ve derivetur Aqua , ut exiguior facta , minus sit navigabilis , vel si dilatetur , ut diffusa brevem aquam efficiat ; vel contra , sic coangustetur , ut rapidius flumen faciat , vel si quid aliud fiat quod navigationem incommodet , vel impediat. Et hujusmodi sunt delicta , in quibus Res nautica vel navigatio læditur. In delictis quæ à nautis committuntur , occurrit primo , *o* si quis contra Mandatum principis , vel legem datam à principe naviget ; utpote post tempus certum navigationi præstitutum. *p* Secundo si quis Merces illicitas navi imponat. Tertio *q* si Navicularius qui Fiscales species deportandas suscepit , eas avertendo distrahat. Quarto *r* si à quolibet nautarum Rerum in navem impositarum Furtum fiat. Quinto si dolo vel culpa nautarum merces impositæ pereant vel deteriorescentur. Utpote *s* si quis

n *Eod. l. i.*
§. 15.

o *D. 39.*
4. 15.

p *Eod. l.*
11.

q *C. 11. 1.*
7.

r *D. 47.*
5. 1.

s *D. 6. 1.*
36.

quis tempore minus opportuno naviget. † Opportunum autem tempus habebatur ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris. Vel † si quis incidat in tempestatem, cum potuit non incidere, si opportuno tempore navigasset. Vel x si quis re-
 cta Navigatione contempta, littora devia sectatus sit. Item y si quis Navem hominibus minus idoneis commiserit; ut si Magister navis sine gubernatore in Flumen navem immiserit. z Si navem minus integram esse contingat: a aut si plus justo oneretur. Sexto b si navis alteram contra se venientem obruerit, vel in alteram impacta damnum dederit. Et similia. Præter delicta nautarum cum aliis communia.

t C. II. 1.
 7.
 u D. 2.
 II. 2. 3.
 8.
 x C. II.
 1. 7.
 y D. 6. 1.
 16.
 z D. 19.
 2. 19.
 a C. II.
 41. 1.
 b D. 9. 2.
 29. 3. 4.

SECT. VI.

De Iudicio Maritimo, & de Iudicio Nautico.

Iudicium Maritimum est in quo Cause Maritima terminantur. Estque vel Nauticum, vel Negotiationu Maritima. Iudicium Nauticum est, in quo de Dubio Injuriæ vel Facti, in Causa fiasus vel Domini Nautici, vel in Causa Debiti vel Delicti circa Rem Nauticam, controversitur.

Vt

PARS PRIMA.

SECT. I.

*De Iure Maritimo, & de Iure
Nautico.*

Ius Maritimum, est quod in Communionem Maritima observatur. Estque vel Nauticum vel Negotiationis Maritima.

Ius Nauticum est quod Rem Nauticam vel Navigationem precipue respicit; Quo Status & Dominium Nauticum, item Debitum & Delictum circa rem Nauticam, continentur.

PRO humanis utilitatibus, ultra Domestica negotia que in partibus Terrenis exercentur, alia sunt que in Mari peraguntur, utpote Navigatio, & Negotiatio Maritima. Et primum, quod ad Navigationem sive rem Nauticam attinet, Jurisconsultus a Navium exercitationem ad summam Reipublicæ pertinere ait. Unde ad tuendam Navigationem sive rem Nauticam, etiam jus speciale comparatum est; quod & Legibus constat, quales sunt Imperatoriæ, & b Rhodiæ, quatenus

a D. 14.
1. 1. §. 20.

b D. 14.
2. 9.

COR-

DE JURE NAUT. PARS I. 37E
consuetudinibus, quæ quasi proprium
jus inter Nauceros & Negotiatores
constituunt. Atque hæc circa statum,
Dominium, Debitum, & Delictum
Nauticum, versantur.

SECT. II.

De Statu Nautico.

*Statu Nauticus est conditio eorum ad quos
res Nautica spectat. Quales sunt sub
Principe qui universa rei Nautica imperat,
præfectus Maris vel Classis, Trierarcha,
Navarchi, & alii qui Publicarum
Navium regimen habent. Deinde Privati
Domini & exercitores Navium, Magistri,
Gubernatores, & reliqui Nautæ.*

IN communionem Maritimam summus
est Imperator vel Princeps, in cu-
jus Dominio Publicæ Naves existunt,
ejusque autoritati etiam Privatæ sub-
jiciuntur. Sub Imperatore in re Na-
vali constituitur Præfectus Maris vel
Classis, qui *b* Archigubernius insi- a D. 36.
gnitur, ut pote omnium Gubernato- 1. 46.
rum primus, *d* Trierarchæ, qui Tri- d Ead. l.
remibus præficiuntur, & *e* Navarchi, e C. 1. 1. 1.
qui navium publicarum curam ha-
bent, deinde quoad rem Nauticam
Privatam, alii sunt domini, & exer-
cito-

f D. 39. citores Navium. Et f dominus est
 4. 11. qui proprietatem sive dominium Na-
 g l. 4. 7. vis habet. g Exercitor est ad quem
 quotidianus Navis quæstus pertinet.
 h D. 14. Sed & idem potest esse & dominus &
 1. 5. 15. exercitor Navis. Nam h Exercito-
 rem dicimus (inquit Jureconsultus)
 ad quem omnes obventiones & om-
 nes redditus perveniunt, sive is domi-
 i D. 4. 9. nus sit, sive à domino Navem condu-
 1. 5. 3. xit. Deinde i Magister Navis est cui
 totius Navis cura mandata est, qui im-
 ponitur vel locandis Navibus, vel
 Mercibus, vel Vectoribus conducen-
 k D. 39. dis, armamentisve emendis. Tum k
 4. 11. Gubernator est qui Puppim, Proreta
 qui Proram regit. Sed & quidam sunt
 in Navibus, qui l *Ναυφύλακες*, id est,
 l D. 4. 9. Navium Custodes & Dietarii appel-
 1. 5. 2. lantur. Reliqui Nautæ dicuntur, m
 m Eod. qui Navis navigandæ causa in Navi,
 4. 1. 2. sunt, veluti Remiges, Mesonautæ, &
 consimiles.

S E C T. III.

De Dominio Nautico.

*Dominium Nauticum est quod Personæ
 Nauticæ habent in rebus quæ Navigandæ
 causa comparatæ sunt. Cujusmodi sunt
 Naves.*

Naves, Armamenta Navium, & similia. Quæ ut Naufragio aliquando amittuntur, ita si quid è Naufragio superest, ad Dominum spectat.

IN Dominio vel bonis eorum qui rem Nauticam exercent, præcipue habentur Naves cujusque generis, cum Membris & instrumentis Navium. Et in genere *a* Navis dicitur, sive in Mari sit, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit. Et *b* ex Navibus aliæ Onerariæ sunt, aliæ *επιπλοται* sive Vectorum ductrices. *c* Navigium etiam Navis est. Sed & Navigii appellatione Rates continentur: Deinde membra navis sunt quæ navi sunt conjuncta; veluti Gubernacula, Malus, Antennæ, Velum. Et *e* Malum esse navis partem, Artemonem non esse Labeo ait, quia pleræque naves sine Malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur; Artemo autem additamentum magis quam pars est. Item *f* Armamenta navis sunt navis instrumenta. Et in bonis Nautarum sunt *g* Cibaria quæ tempore Navigationis ad victum comparantur.

Deinde rerum hujusmodi dominium iisdem modis cum Juris Civilis, tum

a D. 14.
1. 1. 6.

b Bad. l.

S. 12.

c D. 43.

12. 1.

S. 14.

d D. 22.

2. 44.

e D. 90.

16. 244.

f D. 6. 1.

3.

g D. 14.

2. 6.

tum Juris Gentium, quibus rerum aliarum, acquiritur, & amittitur. Præterquam quod res hujusmodi etiam naufragii periculo sunt obnoxie, è quo si quid superfit, domini manet.

h D. 47. b Naufragium autem est quando navis vi maris aut infortunio frangitur.

i Eod. l. 6. s Expugnatur vero navis, cum vi hominis spoliatur, aut mergitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur.

k C. 11. k Quod si qua res navis Naufragio appulsa fuerit ad littus, vel terram aliquam attigerit, ad dominum pertinet, nec Fiscus debet se interponere cum nullum jus habeat Fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa

l D. 7. l scetetur compendium. Unde licet unicuique naufragia sua colligere, nec quod ex naufragio expulsum est, usu capi potest, quoniam non est in derelicto, sed in deperdito. Sed & quandoque naves postliminio ad dominos

m D. 49. m redeunt. Nam navibus longis atque onerariis, propter Belli usum, postliminium est non Piscatoriis, aut si quas Actuarias aliqui voluptatis causa paraverunt. Denique quibusdam

n D. 37. n personis nauticis, de bonis suis etiam jure militari testari licet. Ita tri-

rar-

archos classium, & navarchos, & omnes remiges in classibus, inquit Jureconsultus, jure militari testari posse, nulla dubitatio est.

S E C T. IV.

De Debito circa rem Nauticam.

Debitum circa rem Nauticam est quod ratione rei nautica, rem nauticam exercentibus debetur. Veluti immunitates Naviculariorum, Merces navium & Nautarum: Et quod rem nauticam exercentes prestare debent, veluti operas nauticas: Et alia, ad qua ex conventionem tenentur; ut Fœnus Nauticum, & similia.

DE jure quibusdam rem nauticam exercentibus immunitates debentur. Ita *a* navicularii qui Annoræ urbis serviunt, à muneribus publicis immunitatē consequuntur, quandiu in ejusmodi actu sunt; quia placuit eorum remuneranda pericula, quin & præmiis hortanda, ut qui peregre muneribus publicis cum labore & periculo funguntur, à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur. Item rem nauticam exercentibus veluti Dominis navium, debentur Merces pro navibus. Ita *b* exercitor

a D. 501
6.6.

b D. 140
1. 1. 5.
15.

D. 19. 20
62.

- tenetur ad solvendum mercedem pro Nave quam conduxit per Averfionem sive in perpetuum, sive ad tempus. *c*
- c D. 14. 2. 10. 5.* Et Averfione Navis conducitur, cum *c*
2. Navis integra uno pretio conducitur, secus cum in singulas Amphoras vel Metretas pretium constituitur, vel pro numero Amphorarum impositarum. Deinde Dominis & exercitoribus debetur naulum & *d* Vectura, pretium scilicet pro Rebus aut Personis in nave transferendis. Sed & nautis debentur *f* salaria, quæ iis operarum nomine, à navium exercitoribus præstanda sunt. Atque hujusmodi sunt quæ Rem nauticam exercentibus debentur. E contra Rem nauticam exercentes præstare debent *g* Operas nauticas, quæ pro suscepti muneris ratione impendendæ sunt: scilicet *i* ad iter maritimum peragendum: *k* ad merces & personas transvehendum; & *l* *D. 4. 9.* ad ea quæ receperunt, salva & integra restituendum. Præterea tenetur nauta vel exercitor ex conventionem *m* pro extruenda, instruenda vel *m D. 20. 4. 5. & 6.* reficienda nave, nec non pro pecunia credita ob extruendam, instruendam vel reficiendam navem, Item quandoque

que tenetur nauta ex conventionē, *n* *n* D. 22.
 ad Fœnus nauticum. Id est, ad ma- 2. 1.
 jores Usuras pro pecunia trajectitia, C. 4. 33.
 quam cum periculo creditoris trans 1.
 mare vehendam mutuo accepit: o o *Ead. l.*
 Nam periculum creditor in se susci-
 pere debet; Alias usuras exigere non
 potest. Et *p* ex eo die periculum spe- *p* D. 22.
 ctat ad creditorem, ex quo navem na- 2. 3.
 vigare convenit. *q* Quod si pecunia *q* *Eod. l. 1.*
 eodem loco consumatur; non erit
 trajectitia, sed si Merces pecunia tra-
 jectitia comparatæ periculo credito-
 ris navigent, trajectitia pecunia fit.

S E C T. V.

De Delicto circa rem Nauticam:

*Delictum circa rem Nauticam est, quo res
 Nautica leditur, vel quod Dolo aut Cul-
 pa à Nautis admittitur. Prioris generis
 est, si quis Piraticam Pravitatem exer-
 ceat; si quis Hostes Navibus instruat; si
 quis è Naufragiis lucrum captet; si qui
 Nautas spolient; si qui Navigandi condi-
 tionem deteriore faciant.*

*Posterioris generis sunt; si contra Manda-
 tum Principis Navigetur, si illicita Mer-
 ces Navibus imponantur; si Fiscales species
 distrahantur; si res imposta Furto sub-
 trahantur, vel nautarum culpa in Navi
 per-*

*percant vel deterioventur, si in Aliorum
Naves nauta impingant : & similia.*

IN jure etiam Maritimo Delicti
circa Rem Nauticam, habetur ra-
tio. Cum ejus quod contra Rem
Nauticam perpetratur; vel quo Res
Nautica læditur; Tum ejus, quod à
Nautis ipsis committitur. Et primo
contra Rem Nauticam est Delictum
eorum, *a* qui pravitatem Piraticam
exercunt. Piratæ vero sunt Latrones
& Prædones Maritimi, *b* qui in Nau-
cleros prædas agunt, & Navigantes
in Mari violenter aggrediuntur. Se-
cundo ad publicum Rei maritimæ
incommodum delinquunt, qui Ho-
stes Navibus instruunt: Unde grave
crimen habetur eorum, *c* qui confi-
ciendæ Navis peritiam ante incogni-
tam Barbaris tradiderunt. Tertio in
Rem Nauticam graviter delinquunt,
qui ex Naufragiis Lucrum captant,
ut *d* qui Nocte Lumine ostenso Na-
vigantes fallunt, quasi in Portum de-
laturi, eoque modo Naves & qui in
iis sunt, in periculum deducunt, ut
sibi execrandam prædam parent. Item
e qui Naufragorum Bona diripiunt:
Nec

a. D. 14.

2. 2. §. 3.

D. 49.

15. 19. §.

2.

b. C. 11. 1.

3.

D. 47. 9.

3. 5. 2.

c. C. 9. 47.

26.

d. D. 47.

9. 10.

e. Eod. l. 1.

Nec solum *f* qui Rapiunt, sed qui *f* *Eod. l. 3.*
 Abstulerunt, vel Amoverunt. Aliud
 enim esse Rapi, aliud Amoveri pa-
 lam est: siquidem Amoveri aliquid si-
 ne Vi potest, Rapi autem sine Vi non
 potest. Sed & *g* dicitur ex Naufragio *g* *Eod. l. 4.*
 Rapere, qui dum Naufragium fit &
 in illa Trepidatione rapit. Et *b* ni- *h* *Eod. l. 5.*
 hil interest utrum ex ipso mari quis
 rapiat, an ex Naufragio, an ex Lit-
 tore. Quarto in Rem Nauticam de-
 linquunt, qui Nautas spoliant, vel
 ab iis aliquid injuste extorquent: ut
s qui iniquas & molestas Concussio- *i* *C. 12.*
 nes sive Exactiones Nautis inferunt; *45. 10*
 cum quæcunque Naves, ex quo li-
 bet portu seu littore dimittantur,
 nullam concussionem vel damnum
 sustinere debeant, cum earum Nau-
 cleri deponunt in quam provinciam
 ituri sint. Quinto Rei Nauticæ com-
 modum impediunt, qui Navigandi
 conditionem deterioreni faciunt. *k* *k* *D. 43.*
 Ut si quis pilas in mare jecerit, quo *8. 4.*
 usus ejus sit deterior: *l* si quid in Flu- *l* *D. 43.*
 mine publico ripave ejus immissum *12. 1.*
 sit, quo portus, statio, iterve, navi-
 gio deterius fiat. *m* Quod intelli- *m* *Ead. l.*
 gendum primum de Flumine Navi- *§. 2.*
 gabi-

gabili ; deinde de Flumine Publico non-navigabili , si ex eo aliud sit navigabile. Et *n* deterior statio iterque navigio fieri videtur , si usus ejus corrumpatur vel difficilior fiat , aut minor , aut rarior , aut si in totum auferatur. Proinde siue derivetur Aqua , ut exigua or facta , minus sit navigabilis , vel si dilatetur , ut diffusa brevem aquam efficiat ; vel contra , sic coangustetur , ut rapidius flumen faciat , vel si quid aliud fiat quod navigationem incommodet , vel impediat. Et hujusmodi sunt delicta , in quibus Res nautica vel navigatio læditur. In delictis quæ à nautis committuntur , occurrit primo , *o* si quis contra Mandatum principis , vel legem datam à principe naviget ; utpote post tempus certum navigationi præstitutum. *p* Secundo si quis Merces illicitas navi imponat. Tertio *q* si Navicularius qui Fiscales species deportandas suscepit , eas avertendo distrahat. Quarto *r* si à quolibet nautarum Rerum in navem impositarum Furtum fiat. Quinto si dolo vel culpa nautarum merces impositæ percant vel deterioventur. Utpote *s* si quis

n *Eod. l. 1.*
§. 15.

o *D. 39.*
4. 15.

p *Eod. l.*
11.

q *C. 11. 1.*
7.

r *D. 47.*
5. 1.

s *D. 6. 1.*
36.

quis tempore minus opportuno naviget. *†* Opportunum autem tempus habebatur ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris. Vel *¶* si quis incidat in tempestatem, cum potuit non incidere, si opportuno tempore navigasset. Vel *x* si quis-
† C. II. 1. 7.
¶ D. 2. 11. 2. 3. 8.
x C. II. 1. 7.
y D. 6. 1. 16.
z D. 19. 2. 19.
a C. II. 4. 1. 1.
b D. 9. 2. 29. 5. 4.

cta Navigatione contempta, littora devia sectatus sit. Item *y* si quis Navem hominibus minus idoneis commiserit; ut si Magister navis sine gubernatore in Flumen navem immiserit. *z* Si navem minus integram esse contingat: *a* aut si plus justo oneretur. Sexto *b* si navis alteram contra se venientem obruerit, vel in alteram impacta damnum dederit. Et similia. Præter delicta nautarum cum aliis communia.

S E C T. V I.

De Iudicio Maritimo, & de Iudicio Nautico.

Iudicium Maritimum est in quo Causæ Maritima terminantur. Estque vel Nauticum, vel Negotiationu Maritima. Iudicium Nauticum est, in quo de Dubio Iuræ vel Facti, in Causa Jiatûs vel Dpmissi Nauticis, vel in Causa Debiti vel Delicti circa Rem Nauticam, controversatur.

Vt

VT rei Maritimæ Jus speciale, ita Jurisdictio propria constituitur;

a C. 11. 5. *a* Præfecti scilicet Maris, qui sublimissimam Præfecturam obtinet. *b*

b Eod. 1. Sub quo etiam Provinciæ Judex cognoscendi potestatem habet. Atque hæc Jurisdictio ad Causas maritimas, vel quæ intra territorium maritimum contingunt, extenditur. Et ad Territorium Maritimum spectant, Mare, Littus Maris, Portus, & Flumina publica. Mare scilicet & *c* lit-

c D. 43. 8. 3. tus maris, in quibus Imperator & populus Romanus imperium habet.

d D. 50. 16. 112. *d* Et littus maris definitur, quatenus maximus fluctus hybernus excurrit.

e Eod. 6. 59. Item *e* Portus publici sunt loca conclusa, quibus importantur Merces, & unde exportantur; in quibus etiam stationes conclusæ & munitæ, in quibus tuto navis stare possunt. Tertio

f D. 43. 12. 1. *f* Flumen Publicum est quod est navigabile: & Ripa ea putatur, quæ plenissimum Flumen continet, naturalem cursus sui rigorem tenens. Nam si quando Flumen vel Imbribus, vel Mari, vel qua alia ratione ad tempus excrevit, Ripas non mutat. Denique

que

que in hujusmodi judicio, *b* levato h. C. 11.
 velo, id est, maxime summarie pro- 5. 5.
 ceditur. Et in Judicio nautico co-
 gnoscitur de dubio status vel Domini
 nautici, nec non debiti vel delicti
 circa Rem nauticam.

SECT. VII.

De Iudicio status Nautici.

*Iudicium status Nautici est in quo agitur
 de conditione alicujus Rem Nauticam
 exercentis; utpote An quis Navarchus
 vel Navicularius sit, necne; An quis
 exercitor, Magister, Gubernator, Nauta
 sit, necne.*

DE Personarum nauticarum, licet
 raro, quandoque tamen disce-
 ptatur: utpote, *a* an navicularius is a D. 50.
 sit, qui in corpus naviculariorum non 6. 5. 5. 6.
 admittitur? vel An non navicularius
 esse desinat, qui licet in corpore navi-
 culariorum habeatur, navem tamen
 non habet? Et placuit quod navicula-
 riorum Jure uti non debeat. Item de
 Magistro navis quaesitum est; *b* An b D. 14.
 is Magister navis habendus sit, non 1. 1. 5. 5.
 quem exercitor praeposuit, sed quem
 Magister ab exercitore praepositus?
 atque

atque Magistrum habendum respondit Julianus, ignorante exercitore; item si scit & passus est, cum in navi Magisterio fungi, exercitorem præposuisse videri. Sed quid si exercitor sic Magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere: ut si nominatim prohibuit, ne Titio Magistro utatur? Et placuit hoc etiam in casu eoque producendam utilitatem navigantium, ut pro Magistro habeatur.

S E C T. VIII.

De Iudicio Domini Nautici.

Iudicium Domini Nautici est, in quo agitur de Proprietate vel usufructu rei alicujus ad Navigationem pertinentis, item cum ea qua extant è Naufragio, vindicantur.

DE Dominio rerum ad Navigationem pertinentium quæri contingit, Utpote cum dubitatur a de Dominio navis ex Aliena Materia constructæ. Et placuit Paulo, si quis Navem ex Alienis Tabulis fecit, ejus esse navem qui fecit: quia Cupressus non manet, sicut nec lana Vestimento facta, sed cupresseum aut laneum

COR-

a D. 41.
l. 26.

corpus fit. Unde etiam cum dubita-
 retur *b* de navi Aliena materia Refe- *b D. 6. 1.*
 cta, respondit Minutius, etiam si quis *61.*
 navem Aliena materia Refecisset, ni-
 hilominus ejusdem navem manere.
 Quod si quis super Carina Alterius
 Tabulis suis navem construxerit, na-
 vis ejusdem non erit; Quia, uti re-
 spondit Julianus, Proprietas totius
 navis Carinae causam sequitur. Item *c D. 33.*
 quaesitum est, *c* utrum donata nave, *7. 29.*
 Scapha praestanda sit? Ad quam qua- *D. 21. 2.*
 stionem respondit Paulus, Scapham *44.*
 navis non praestandam, quia scapha
 navis Instrumentum navis non est, E-
 tenim mediocritate, non genere, ab
 ea differt: Instrumentum, autem cu-
 jusque rei necesse est Alterius generis
 esse atque ea cuius est. Tertio quaesi-
 tum est, *d* Quid statuendum, si Ra- *d D. 47.*
 tis vi Fluminis in Agrum Alterius de- *9. 8*
 lata sit? Et placuit ita restituendam *D. 10. 4.*
 esse, si & de praeterito & de futuro *5. §. 5.*
 damno cautio Domino interponatur.
 Item placuit in Petitorio Judicio con-
 demnandum esse, qui navem a se peti-
 tam adverso tempore navigatum mi-
 sit, si ea naufragio perit. Ulterius de- *e D. 6. 1.*
 fin. tum est quod *e* cum Dominus na- *62.*

R

vis

vis agit de nave recuperanda ab eo qui possidet, si navis à malæ fidei possessore petita sit, etiam fructus æstimandi sint; quod si ex justa causa detenta sit, ante Restitutionem satisfactio fieri debet. Deinde de usufructu navis quæsitum est, Quid usufructus appellatione contineatur? Et *f* responsum est, Navis usufructu legato, navigatum mittendam esse, licet naufragii periculum immineat, quia navis ad hoc paratur ut Naviget. Item quæritur, An si navis dissoluta sit, concessio prior usufructus evanescat? Et *g* placuit, si per partes refecta sit navis, usufructum non interire, quia *h* Navis si adeo sæpe refecta sit, ut nulla Tabula eadem remaneat, quæ non sit nova, eadem navis existimanda est. *i* Si autem dissoluta sit, licet iisdem tabulis, nulla præterea adjecta restaurata, usufructum extinctum esse. Quod *k* si ea mente dissoluta sit, ut in alios usus ejus tabulæ converterentur, deinde mutato consilio reficiatur; quia perempta prior navis, & hæc alia dicenda est. Quod si reficiendæ navis causa omnes tabulæ refixæ sunt, nondum intercidisse navis videtur, & iif-

f D. 7. 1.
12.

g D. 7. 4.
10. 5. 7.
h D. 5. 1.
76.

Eod. l.
5. 7.

k D. 45.
1. 83. §. 3.

iffdem tabulis compositis eadem na-
 vis rursus esse incipit. Denique ad ju-
 dicitum naufragii quod attinet, con-
 stitutum est quod *l* si quis Navicula- *l. c. 11. 5.*
 rius naufragium sustinuit, Præsidem *12.*
 provinciæ, in qua res agitur, adire fe-
 stinet, ac apud eum Testibus eventum
 probet, Relatioque etiam ad sublimis-
 simam Præfecturam referatur, ita ut
 infra anni spatium veritate revelata
 competens dispositio procedat. Quod
 si per negligentiam præfinitum Anni
 spatium claudatur, seras appellationes
 post annum admitti non placuit. Item *m Eod. l.*
 quod *m* quoties obruta vel submersa *3.*
 est navis, examen competentis Judi-
 cis adhibeatur, & duorum vel trium
 quæstione habita, cæteri ab hujusmo-
 di nexu liberentur: & quod quæstor
 circa Magistros navium, quibus est
 scientia plenior, immoretur, qui si fa-
 tali sorte defuerint, in alios inquisitio
 transferatur: Et si universos violen-
 tia tempestatis obruerit, à liberis nau-
 tarum vel magistrorum super eorum
 interitu quærat; & quod cum à re-
 moto loco querela procedat, ad Judi-
 cem & legem loci remittenda sit. Ita
n D. 14.
2. 9.

diensis ad Antoninum Imperatorem, scil. Domine Imper. Antoninæ, naufragium facientes direpti sumus à Publicanis Cyclades Insulas habitantibus; respondit Imperator: Ego quidem Mundi Dominus, Lex autem Maris: Lege id Rhodia, quæ de rebus Nauticis præscripta est, judicetur, quatenus nulli nostrarum legum adversatur.

S E C T. I X.

*De Iudicio Debiti circa rem
Nauticam.*

Iudicium debiti circa rem Nauticam, est, in quo agitur de Immunitatibus Naviculariorum, Mercedibus Navium, & Nautarum; Item de Operu Nauticis & aliis ex Conventionem præstandis.

DE Immunitatibus Naviculariis indulgētis, etiā in iudicio quæri contingit: utpote *a* An is, qui antequam in Collegium Naviculariorum assumeretur, ad munus municipale vocatus est, subire teneatur? Et responsum est quod ad subeundum compelli possit. Item, *b* An is qui postquam in corpus naviculariorum allectus

a D. 50.
6. 5. 5. 7.

b *ibid.*

ctus est, decurionatum agnovit, publica munera subire compellendus sit? Et placuit compellendum esse. Item, c An immunitatem habeant, qui ad evitanda munera Naviculariis associati sunt? de quo responsum est, quod, quoties de aliquo Naviculario quæritur, illud excutiendum, An effugiendorum munerum causa navicularii imaginem induat? Et statutum est, quod locupletes qui modica pecunia comparatis navibus, muneribus publicis se subtrahere tentant, muneribus tenebuntur. Deinde quæri etiam contingit in judicio, de Mercede pro Navi debita, utpote, An præstanda sit, cum Navigatio fuerit impedita? Ita et quidam Navem conduxit ut de Provincia Cyrenensi Aquileiam navigaret, Frumenti modis octo millibus impositis certa mercede: sed evenit, ut navis in ipsa provincia novem mensibus detineretur, & onus impositum commisso tolleretur: unde quæsitum est, An mercedes quas convenit, à conductore secundum legem exigere possit? Et responsum est, secundum ea quæ proponerentur, pos-

e. Item quæri contingit de Naulo,

c *Ed. l.*

s. 8.

D. 19. 2.

61.

d*Ed. l. 7.*

*pereant vel deterioventur, si in Aliorum
Naves nauta impingant : & similia.*

IN jure etiam Maritimo Delicti
circa Rem Nauticam , habetur ra-
tio. Cum ejus quod contra Rem
Nauticam perpetratur ; vel quo Res
Nautica læditur ; Tum ejus , quod à
Nautis ipsis committitur. Et primo
contra Rem Nauticam est Delictum
eorum , *a* qui pravitatem Piraticam
exercunt. Piratæ vero sunt Latrones
& Prædones Maritimi, *b* qui in Nau-
cleros prædas agunt , & Navigantes
in Mari violenter aggrediuntur. Se-
cundo ad publicum Rei maritimæ
incommodum delinquunt , qui Ho-
stes Navibus instruunt : Unde grave
crimen habetur eorum , *c* qui confi-
ciendæ Navis peritiam ante incogni-
tam Barbaris tradiderunt. Tertio in
Rem Nauticam graviter delinquunt,
qui ex Naufragiis Lucrum captant,
ut *d* qui Nocte Lumine ostenso Na-
vigantes fallunt , quasi in Portum de-
laturi , eoque modo Naves & qui in
iis sunt, in periculum deducunt , ut
sibi execrandam prædam parent. Item
e qui Naufragorum Bona diripiunt :
Nec

a. D. 14.

2. 2. §. 3.

D. 49.

15. 19. §.

2.

b. C. 11. 1.

3.

D. 47. 9.

3. 5. 2.

c. C. 9. 47.

26.

d. D. 47.

9. 10.

e. Eod. 11.

Nec solum *f* qui Rapiunt, sed qui *f* *Eod. l. 3.*
 Abstulerunt, vel Amoverunt. Aliud
 enim esse Rapi, aliud Amoveri pa-
 lam est: siquidem Amoveri aliquid si-
 ne Vi potest, Rapi autem sine Vi non
 potest. Sed & *g* dicitur ex Naufragio *g* *Eod. l. 4.*
 Rapere, qui dum Naufragium fit &
 in illa Trepidatione rapit. Et *h* ni- *h* *Eod. l. 5.*
 hil interest utrum ex ipso mari quis
 rapiat, an ex Naufragio, an ex Lit-
 tore. Quarto in Rem Nauticam de-
 linquunt, qui Nautas spoliant, vel
 ab iis aliquid injuste extorquent: ut
i qui iniquas & molestas Concussio- *i* *C. 12.*
 nes sive Exactiones Nautis inferunt; *45. 1.*
 cum quæcunque Naves, ex quo li-
 bet portu seu littore dimittantur,
 nullam concussionem vel damnum
 sustinere debeant, cum earum Nau-
 cleri deponunt in quam provinciam
 ituri sint. Quinto Rei Nauticæ com-
 modum impediunt, qui Navigandi
 conditionem deterioreni faciunt. *k* *k* *D. 43.*
 Ut si quis pilas in mare jecerit, quo *8. 4.*
 usus ejus sit deterior: *l* si quid in Flu- *l* *D. 43.*
 mine publico ripave ejus immis- *12. 1.*
 sit, quo portus, statio, iterve, navi-
 gio deterius fiat. *m* Quod intelli- *m* *Eod. l.*
 gendum primum de Flumine Navi- *§. 2.*
 gabi-

gabili ; deinde de Flumine Publico non-navigabili , si ex eo aliud sit navigabile. Et *n* deterior statio iterque navigio fieri videtur , si usus ejus corrumpatur vel difficilior fiat , aut minor , aut rarior , aut si in totum auferatur. Proinde si ve derivetur Aqua , ut exiguior facta , minus sit navigabilis , vel si dilatetur , ut diffusa brevem aquam efficiat ; vel contra , sic coangustetur , ut rapidius flumen faciat , vel si quid aliud fiat quod navigationem incommodet , vel impediat. Et hujusmodi sunt delicta , in quibus Res nautica vel navigatio læditur. In delictis quæ à nautis committuntur , occurrit primo , *o* si quis contra Mandatum principis , vel legem datam à principe naviget ; utpote post tempus certum navigationi præstitutum. *p* Secundo si quis Merces illicitas navi imponat. Tertio *q* si Navicularius qui Fiscales species deportandas suscepit , eas avertendo distrahat. Quarto *r* si à quolibet nautarum Rerum in navem impositarum Furtum fiat. Quinto si dolo vel culpa nautarum merces impositæ percant vel deteriorescentur. Utpote *s* si quis

n Eod. l. i. §. 25.

o D. 39. 4. 15.

p Eod. l. 11.

q C. 11. 1. 7.

r D. 47. 5. 1.

s D. 6. 1. 36.

quis tempore minus opportuno naviget. † Opportunum autem tempus habebatur ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris. Vel si quis incidat in tempestatem, cum potuit non incidere, si opportuno tempore navigasset. Vel x si quis-recta Navigatione contempta, littora devia sectatus sit. Item y si quis Navem hominibus minus idoneis commiserit; ut si Magister navis sine gubernatore in Flumen navem immiserit. z Si navem minus integram esse contingat: a aut si plus justo oneretur. Sexto b si navis alteram contra se venientem obruerit, vel in alteram impacta damnum dederit. Et similia. Præter delicta nautarum cum aliis communia.

c C. II. I.

7.

u D. 2.

II. 2. §.

8.

x C. II.

I. 7.

y D. 6. II.

16.

z D. 19.

2. 19.

a C. II.

4 I. I.

b D. 9. 2.

29. §. 4.

SECT. VI.

De Iudicio Maritimo, & de Iudicio Nautico.

Iudicium Maritimum est in quo Cause Maritima terminantur. Estque vel Nauticum, vel Negotiationu Maritima. Iudicium Nauticum est, in quo de Dubio Iuris vel facti, in causa status vel Domini Nautici, vel in causa Debiti vel Delicti circa Rem Nauticam, controversitur.

Vt

VT rei Maritimæ Jus speciale, ita
 Jurisdictio propria constituitur;

a C. 11. 5. *a* Præfecti scilicet Maris, qui subli-
1. missimam Præfecturam obtinet. *b*

b Eod. 1. Sub quo etiam Provinciæ Judex co-
 gnoscendi potestatem habet. Atque
 hæc Jurisdictio ad Causas maritimas,
 vel quæ intra territorium mariti-
 mum contingunt, extenditur. Et ad
 Territorium Maritimum spectant,
 Mare, Littus Maris, Pörtus, & Flu-
e D. 43. mina publica. Mare scilicet & *c* lit-
8. 3. tus maris, in quibus Imperator &
 populus Romanus imperium habet.

d D. 50. *d* Et littus maris definitur, quatenus
16. 112. maximus fluctus hybernus excurrit.

e Eod. Item *e* Pörtus publici sunt loca con-
6. 59. clusa, quibus importantur Merces,
 & unde exportantur; in quibus etiam
 stationes conclusæ & munitæ, in qui-
 bus tuto navës stare possunt. Tertio

f D. 43. *f* Flumen Publicum est quod est na-
12. 1. vigabile: & Ripa ea putatur, quæ
g Eod. plenissimum Flumen continet, natu-
61. 8. 5. ralem cursus sui rigorem tenens. Nam
 si quando Flumen vel Imbribus, vel
 Mari, vel qua alia ratione ad tempus
 excrevit, Ripas non mutat. Deni-
 que

que in hujusmodi iudicio, *b* levato h C. FI. 5. 5.
 velo, id est, maxime summarie pro-
 ceditur. Et in Iudicio nautico co-
 gnoscitur de dubio status vel Domini
 nautici, nec non debiti vel delicti
 circa Rem nauticam.

SECT. VII.

De Iudicio status Nautici.

*Iudicium status Nautici est in quo agitur
 de conditione alicujus Rem Nauticam
 exercentis; utpote An quis Navarchus
 vel Navicularius sit, necne; An quis
 exercitor, Magister, Gubernator, Nauta
 sit, necne.*

DE Personarum nauticarum, licet
 raro, quandoque tamen disce-
 ptatur: utpote, *a* an navicularius is a D. 50.
 6. 5. 5. 6.
 sit, qui in corpus naviculariorum non
 admittitur? vel An non navicularius
 esse desinat, qui licet in corpore navi-
 culariorum habeatur, navem tamen
 non habet? Et placuit quod navicula-
 riorum Jure uti non debeat. Item de
 Magistro navis quaesitum est; *b* An b D. 14.
 1. 1. 5. 5.
 is Magister navis habendus sit, non
 quem exercitor praeposuit, sed quem
 Magister ab exercitore praepositus?
 atque

atque Magistrum habendum respondit Julianus, ignorante exercitore; item si scit & passus est, cum in navi Magisterio fungi, exercitorem præposuisse videri. Sed quid si exercitor sic Magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere: ut si nominatim prohibuit, ne Titio Magistro utatur? Et placuit hoc etiam in casu eoque producendam utilitatem navigantium, ut pro Magistro habeatur.

S E C T. VIII.

De Iudicio Domini Nautici.

Iudicium Domini Nautici est, in quo agitur de Proprietate vel usufructu rei alicujus ad Navigationem pertinentu, item cum ea qua extant è Naufragio, vindicantur.

DE Dominio rerum ad Navigationem pertinentium quæri contingit, Utpote cum dubitatur a de Dominio navis ex Aliena Materia constructæ. Et placuit Paulo, si quis Navem ex Alienis Tabulis fecit, ejus esse navem qui fecit: quia Cupressus non manet, sicut nec lana Vestimento facto, sed cupresseum aut laneum

COR-

a D. 41.
l. 26.

corpus fit. Unde etiam cum dubita-
 retur *b* de navi Aliena materia Refe- *b D. 6. 1.*
 cta, respondit Minutius, etiam si quis *61.*
 navem Aliena materia Refecisset, ni-
 hilominus ejusdem navem manere.
 Quod si quis super Carina Alterius
 Tabulis suis navem construxerit, na-
 vis ejusdem non erit; Quia, uti re-
 spondit Julianus, Proprietas totius
 navis Carinae causam sequitur. Item *c D. 33.*
 quaesitum est, *c* utrum donata nave, *7. 29.*
 Scapha praestanda sit? Ad quam qua- *D. 21. 2.*
 stionem respondit Paulus, Scapham *44.*
 navis non praestandam, quia scapha
 navis Instrumentum navis non est, E-
 tenim mediocritate, non genere, ab
 ea differt: Instrumentum, autem cu-
 jusque rei necesse est Alterius generis
 esse atque ea cujus est. Tertio quaesi-
 tum est, *d* Quid statuendum, si Ra- *d D. 47.*
 tis vi Fluminis in Agrum Alterius de- *9. 8.*
 lata sit? Et placuit ita restituendam *D. 10. 4.*
 esse, si & de praeterito & de futuro *5. §. 5.*
 damno cautio Domino interponatur.
 Item placuit in Petitorio Judicio con-
 demnandum esse, qui navem à se peti-
 tam adverso tempore navigatum mi-
 sit, si ea naufragio periit. Ulterius de- *e D. 6. 1.*
 finitum est quod *e* cum Dominus na- *62.*

R

vis

vis agit de nave recuperanda ab eo qui possidet, si navis à malæ fidei possessore petita sit, etiam fructus æstimandi sint; quod si ex justa causa detenta sit, ante Restitutionem satisfactio fieri debet. Deinde de usufructu navis quæsitum est, Quid usufructus appellatione contineatur? Et *f* responsum est, Navis usufructu legato, navigatum mittendam esse, licet naufragii periculum immineat, quia navis ad hoc paratur ut Naviget. Item quæritur, An si navis dissoluta sit, concessio prior usufructus evanescat? Et *g* placuit, si per partes resecta sit navis, usufructum non interire, quia *h* Navis si adeo sæpe resecta sit, ut nulla Tabula eadem remaneat, quæ non sit nova, eadem navis existimanda est. *i* Si autem dissoluta sit, licet iisdem tabulis, nulla præterea adjecta restaurata, usufructum extinctum esse. Quod verum, *k* si ea mente dissoluta sit, ut in alios usus ejus tabulæ converterentur, deinde mutato consilio reficiatur; quia perempta prior navis, & hæc alia dicenda est. Quod si reficiendæ navis causa omnes tabulæ refixæ sunt, nondum intercidisse navis videtur, & iif-

f D. 7. 1.
12.

g D. 7. 4.

10. 5. 7.

h D. 5. 1.

76.

Eod. l.

5. 7.

k D. 45.

1. 83. §. 3.

iisdem tabulis compositis eadem navis rursus esse incipit. Denique ad iudicium naufragii quod attinet, constitutum est quod *l* si quis Navicularius naufragium sustinuit, Præsidem provinciae, in qua res agitur, adire festinet, ac apud eum Testibus eventum probet, Relatioque etiam ad sublimissimam Præfecturam referatur, ita ut infra anni spatium veritate revelata competens dispositio procedat. Quod si per negligentiam præfinitum Anni spatium claudatur, seras appellationes post annum admitti non placuit. Item quod *m* quoties obruta vel submersa est navis, examen competentis Iudicis adhibeatur, & duorum vel trium quæstione habita, cæteri ab huiusmodi nexu liberentur: & quod quæstor circa Magistros navium, quibus est scientia plenior, immoretur, qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio transferatur: Et si universos violentia tempestatis obruerit, à liberis nautarum vel magistrorum super eorum interitu quærat; & quod cum à remoto loco querela procedat, ad Iudicem & legem loci remittenda sit. Ita *n* deprecationi Eudæmonis Nicomedien-

l c. 11. 5.

12.

m Eod. l.

3.

n D. 14.

2. 9.

dientis ad Antoninum Imperatorem, scil. Domine Imper. Antonine, naufragium facientes direpti sumus à Publicanis Cyclades Insulas habitantibus ; respondit Imperator : Ego quidem Mundi Dominus , Lex autem Maris : Lege id Rhodia, quæ de rebus Nauticis præscripta est, judicetur, quatenus nulli nostrarum legum aduersatur.

SECT. IX.

De Iudicio Debiti circa rem Nauticam.

Iudicium debiti circa rem Nauticam, est, in quo agitur de Immunitatibus Naviculariorum, Mercedibus Navium, & Nautarum; Item de Operu Nauticu & aliis ex Conuentione præstandis.

*a D. 50.
6.5.5.7.*

b ibid.

DE Immunitatibus Naviculariis indultis, etiã in iudicio quæri contingit : utpote *a* An is, qui antequam in Collegium Naviculariorum assumeretur, ad munus municipale vocatus est, subire teneatur ? Et responsum est quod ad subeundum compelli possit. Item, *b* An is qui postquam in corpus naviculariorum alle-

ctus

ctus est, decurionatum agnovit, publica munera subire compellendus sit? Et placuit compellendum esse.

Item, *c* An immunitatem habeant, qui ad evitanda munera Naviculariis associati sunt? de quo responsum est, quod, quoties de aliquo Naviculario quæritur, illud excutiendum, An ef-

fugiendorum munerum causa navicularii imaginem induat? Et statutum est, quod locupletes qui modica pecunia comparatis navibus, muneribus publicis se subtrahere tentant, muneribus tenebuntur. Deinde quæri etiam contingit in judicio, de Mercede pro Navi debita, utpote, An præstanda sit, cum Navigatio fuerit impedita?

Ita *d* quidam Navem conduxit ut de Provincia Cyrenensi Aquileiam navigaret, Frumenti modis octo millibus impositis certa mercede: sed evenit, ut navis in ipsa provincia novem mensibus detineretur, & onus impositum commisso tolleretur: unde quæsitum est, An mercedes quas convenit, à conductore secundum legem exigere possit? Et responsum est, secundum ea quæ proponerentur, posse. Item quæri contingit de Naulo,

c *Ead. l.**s. 8.**D. 19. 21.**61.**dEod. l. 7.*

vel mercede pro Personis vel Rebus
 vehendis. Ut e cum aliquis mulie-
 rem in Navi vehendam conduxisset, è
 qua in navi infans natus est, & pro in-
 fante aliquid peteretur, probatum est,
 pro Infante nihil deberi, cum neq; ve-
 ctura ejus magna sit, neq; is omnibus
 utatur, quæ ad navigantium usum pa-
 rentur. Item quæsitum est cum aliquis
 Mancipia vehenda conduxisset, an pro
 eo Mancipio quod in navi mortuum
 est, vectura deberetur? Atque aliis vi-
 sum est non deberi: Aliis placuit, in-
 spiciendum esse quid actum sit; utrum
 pro his qui impositi, an pro his qui
 deportati essent, merces statueretur?
 Et si hoc apparere non posset, satis esse
 pro nauta si probaverit impositum es-
 se Mancipium. Sed & de nautarum sa-
 lariis quæritur; utpote an impeditus
 præstare operam, petere possit? Et pla-
 cuit de jure, f qui operas suas locavit,
 totius temporis mercedem accipere
 debere, si per eum non staret quo mi-
 nus operas præstaret. Atque hujusmo-
 di sunt dubia, quæ de iis quæ Nautis
 debentur, in judicium deducuntur.

Sed & in judicio agitur de iis quæ
 à nautis præstanda sunt, utpote, de o-
 peris

e D. 14.
2. 8.

f D. 19.
2. 38.
D. 14. 1.
1. 5. 7.

peris nauticis, ad quas pro suscepti muneris ratione obligantur. Utpote I. cum agitur contra nautam quod navigationem non implevit. Quia *g* si merces quo destinatae sunt, non portentur, habent negotiatores cum nauta ex locato conducto Actionem. Aliud vero juris erit, si nauta publice retentus, navigare prohibitus fuerit; vel si ea conditione quis conduxit ut certam poenam praestaret, nisi ante constitutum diem merces eo loci exposuisset, in quem devehendas suscepit. Idem si probatum fuerit, nautam Morbo impeditum navigare non potuisse. Idem si navis ejus vitium fecerit sine dolo malo aut culpa ejus. Pecuniã tamen quam pro invectis accepit, restituere tenetur. Ita *h* cum nave amissã à quodam vectura, quam pro mutuo, id est, praemanu acceperat, repeteretur, rescriptum est ab Antonino Augusto, ne mireris eum qui mutuavit, repetere, cum nauta munere vehendi functus non sit. Secundo agitur contra nautam ob non praestitam ratione muneris operam quam suscepit, si rem receptam, in navem non restituat. Et *i* ex Edicto Prætoris

g D. 14.
2. 10.

h D. 19.
2. 16.

i D. 4. 9.
3.

e D. 14. 2. 8. vel mercede pro Personis vel Rebus
 vehendis. Ut e cum aliquis mulie-
 rem in Navi vehendam conduxisset, è
 qua in navi infans natus est, & pro in-
 fante aliquid peteretur, probatum est,
 pro Infante nihil deberi, cum neq; ve-
 ctura ejus magna sit, neq; is omnibus
 utatur, quæ ad navigantium usum pa-
 rentur. Item quæsitum est cum aliquis
 Mancipia vehenda conduxisset, an pro
 eo Mancipio quod in navi mortuum
 est, vectura deberetur? Atque aliis vi-
 sum est non deberi: Aliis placuit, in-
 spiciendum esse quid actum sit; utrum
 pro his qui impositi, an pro his qui
 deportati essent, merces statueretur?
 Et si hoc apparere non posset, satis esse
 pro nauta si probaverit impositum es-
 se Mancipium. Sed & de nautarum sa-
 lariis quæritur; utpote an impeditus
 præstare operam, petere possit? Et pla-
 cuit de jure, f qui operas suas locavit,
 totius temporis mercedem accipere
 debere, si per eum non staret quo mi-
 nus operas præstaret. Atque hujusmo-
 di sunt dubia, quæ de iis quæ Nautis
 debentur, in judicium deducuntur.

f D. 19.
 2. 38.
 D. 14. 1.
 1. 5. 7.

Sed & in judicio agitur de iis quæ
 à nautis præstanda sunt, utpote, de o-
 peris

peris nauticis, ad quas pro suscepti muneris ratione obligantur. Utpote I. cum agitur contra nautam quod navigationem non implevit. Quia *g* si merces quo destinatae sunt, non portentur, habent negotiatores cum nauta ex locato conducto Actionem. Aliud vero juris erit, si nauta publice retentus, navigare prohibitus fuerit; vel si ea conditione quis conduxit ut certam poenam praestaret, nisi ante constitutum diem merces eo loci exposuisset, in quem devehendas suscepit. Idem si probatum fuerit, nautam Morbo impeditum navigare non potuisse. Idem si navis ejus vitium fecerit sine dolo malo aut culpa ejus. Pecuniã tamen quam pro invectis accepit, restituere tenetur. Ita *h* cum nave amissã à quodam vectura, quam pro mutuo, id est, praemanu acceperat, repeteretur, rescriptum est ab Antonino Augusto, ne mireris eum qui mutuavit, repetere, cum nauta munere vehendi functus non sit. Secundo agitur contra nautam ob non praestitam ratione muneris operam quam suscepit, si rem receptam, in navem non restituat. Et *i* ex Edicto Praetoris

g D. 14.
2. 10.

h D. 19.
2. 16.

i D. 4. 9.
3.

ris ex quo actio proficiscitur, in duplum competit. Quod ideo introductum est, ut innotesceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis, hoc genus hominum, ut qui recipit omnino teneatur, etiamsi sine culpa ejus res periit, vel damnum datum sit, non si quid fatali damno contingat. Unde si quid naufragio, aut per vim Piratarum periit, non est ini-

- k** *Eod. l. 1. §. 2.* quum exceptionem dari. Et *k* hac actione tenetur qui navem exercet; & *l* si plures exercent, unusquisque pro parte conveniri potest. Et *m* actio competit, etiamsi gratis quis navigaverit, si damnum injuria passus fuerit.
- n** *Eod. l. 1. §. 6. & l. 14.* Etiam *n* in rebus quæ mercibus accedunt, veluti vestimentis quibus vectores in navi utuntur, & in iis quæ ad quotidianum usum habent. Quod
- o** *Eod. l. 7.* *o* si quid nautæ inter se damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet, nisi sit idem nauta & mercator. Alias *p* exercitor omnium Nautarum suorum factum præstare debet. Nec immerito, cum eos suo periculo adhibeat: Sed & *q* Vectorum, pro iis quæ in navē illata sunt, cæterum, *r* si extra navem damnum datum sit, licet à nautis,
- ex-

exercitor non præstabit; *f* nisi res se- *f* *Eod. l. 3.*
 mel receptæ sint. Quo in casu, e-
 tiam si in Navem receptæ non sint,
 vel in littore perierint, earum peri-
 culum ad eum pertinebit. Quod *f* si *t* *Eod. l. 7.*
 prædixerit, ut unusquisque vectorum
 res suas servet, neque damnum se
 præstiturum, & vectores prædictio-
 ni consenserint, non convenitur.
 Tertio ultra ea ad quæ ratione mune-
 ris sive officii nautici tenetur, Nauta-
 vel exercitor etiam ex contractu vel
 conventionem conveniri potest, utpote-
 cum agitur ob extruendam, instru-
 dam vel reficiendam navem; vel ab
 eo qui extruxit, instruxit, vel refe-
 cit, vel *u* ab eo qui ad extruendam,
 instruendam, vel reficiendam Pec- *u* *D. 42.*
 niam credidit; qui id privilegium ha- *6. 26.*
 bet, quod aliis creditoribus præfera-
 tur. Ita Paulus, Qui in navem ex-
 truemdam, vel instruendam credidit,
 Privilegium habet. Et *x* Martia- *x* *D. Eod. l. 7.*
 nus, quod qui navis fabricandæ, ar- *D. 20. 4.*
 mandæ, vel instruendæ causa quo- *5. & 6.*
 quo modo credidit, habet privilegium
 post Fiscum. *y* Hujus enim pecunia
 salvam fecit totius pignoris causam.
 Quod potest etiam admitti; si in ci-
 baria

baria nautarum fuerit creditum, sine quibus navis salva pervenire non poterat. Et circa hæc, & quærit *O. 1. 1. §. 9.* filius, si Magister navis ad reficiendam navem mutuatus nummos in usum suum converterit, An in exercitorem detur actio? & ait, si hac lege acceperit quasi in navem impensurus, mox mutavit voluntatem, teneri exercitorem, imputaturum sibi, cur talem præposuerit: Quod si ab initio consilium cepit fraudandi creditoris, & hoc specialiter non exprefserit, quod ad navis causam accepit, contra esse. Quod si in Pretiis rerum fefellit magister, exercitoris erit damnum, non creditoris. Et si ab alio mutuatus, liberavit eum qui in Navis refectioem credidit, mutuanti datur actio, quasi crediderit in Navem. In qua etiam materia hujusmodi casus proponitur. Scilicet *a D. Eod. l. 7.* Lucius Titius Stichum Magistrum navi præposuit: Is pecuniam mutuatus cavisse se in refectioem navis eam accepisse; unde quæsitum est, Annon aliter Titius exercitoriâ teneatur, quam si creditor probaret pecuniam in refectioem navis esse consum-

sumptam? Cui quæsitò respondet Africanus, creditorem utiliter acturum, si cum pecunia crederetur, navis in ea causa fuisset, ut refici deberet: etenim ut non oportet creditorem ad hoc astringi, ut ipse navis reficiendæ curam suscipiat, ita illud exigendum est, ut sciat in hoc se credere cui rei magister quis sit præpositus. Quod aliter fieri non potest, quam si illud quoque scierit, necessariam Refectioni pecuniam esse. Quare etsi in ea causa fuerit Navis ut refici deberet, multo tamen major pecunia credita fuerit, quam ad eam rem esset necessaria, non debet in solidum adversus dominum Navis actio dari. Illud etiam est æstimandum, an in eo loco pecunia credita sit, in quo id, propter quod credebatur, comparari potuerit. Quid enim si ad velum emendum in eiusmodi Insula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non potest: & in summa aliquam diligentiam creditor in ea præstare debet. Item ex conventionione conveniri Nautam contingit, de nautico fœnore; b. D. 22, utpote b fœnerator pecuniam usuris 2. 6.

maritimis mutuam dando, quaedam merces in navi pignori accepit. Ex quibus si non potuisset totum debitum exsolvi, aliarum mercium aliis navibus impositarum, propriisque fœneratoribus obligatarum, si quid superfuisset, Pignori accepit. Unde quæsitum est nave Propria perempta, ex qua totum solvi potuit, an id damnum amissa nave intra præstitutos dies ad creditorem pertineat? Et responsum est aliàs Pignoris diminutionem ad debitoris damnum, non etiam ad creditoris pertinere; sed cum trajectitia pecunia ita datur, ut non alias petitio ejus creditori competat, quam si intra præstituta tempora navis salva pervenerit, conditione non existente, crediti obligationem defecisse videri; & ideo pignorum eorum, quæ non sunt amissa, persecutionē peremptam esse. Quia tum demum ad pignorum persecutionem creditor admittendus est, cum conditio obligationis extitit. Sed & quæsitum est an ad evitandam solutionem pecuniæ trajectitiæ, nave amissa, sufficiat temporis prorogatio? Ita

c D. 45.
 1. 122. c Callimachus mutuam pecuniam nau-

nauticam accepit à Sticho seruo Scii
 in provincia Suria civitate Beryto us-
 que Brentesium, idque creditum es-
 se, in omnes Navigii dies ducentes
 sub pignoribus & hypothecis, mer-
 cibus a Beruto comparatis & Brente-
 sium perferendis, & quas Brentesio
 empturus esset, & per navem Beruto
 in vecturus, convenitque inter eos uti
 cum Callimachus Brentesium per-
 venisset, inde intra Idas Septembris
 quæ tunc proxime futuræ essent, aliis
 mercibus emptis & in navem mis-
 sis, ipse in Suriam per navigium pro-
 ficisceretur; aut si intra diem supra-
 scriptam non comparasset merces, nec
 navigasset de ea civitate, continuo
 redderet universam pecuniam quasi
 perfecto navigio, & præstaret sum-
 ptus omnes prosequentibus eam pe-
 cuniam, ut in urbem Romam de-
 portarent, eaque sic recto dari fieri
 roganti Sticho seruo Lucii Titii pro-
 misit Callimachus: Et cum intra Idus
 superscriptas secundum conventio-
 nem mercibus in Navem impositis
 cum Erote conservo Stichi quasi in
 provinciam Suriam perventurus ena-
 vigavit. Unde indubium vocabatur,

nave

nave submersa, cum secundum cautionem Callimachus merces perferendas in Navem immisisset, eo tempore quo jam pecuniam Brentesio reddere Romæ perferendam deberet, an nihil profit Erotis consensus, qui cum eo missus erat, cuique nihil amplius de pecunia superscripta post diem conventionis permissum vel mandatum erat, quam ut eam receptam, Romam perferret, & nihilominus Actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneretur. Et respondit Scævola, secundum ea quæ proponerentur, Stichum teneri. Item quæsitum est an Fœnoris Nautici præstatio evitanda sit, cum navigatio impedita est, culpa nautæ debitoris? Ita Imperatores ad ei qui proposuit se Nauticum Fœnus ea conditione dedisse, ut sænebris pecunia solveretur, postquam Navis in Salominarum portum deferretur, perque vitium debitoris illicitis comparatis mercibus navis à fisco occuparetur, rescipserunt, amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempestatis discrimine, sed ex præcipiti debitoris audacia contingebat

d. C. 4. 33.
3.

gebat, creditori ascribi, publici juris rationem non permittere: denique ad Judicium debiti à nautis præstandi quod attinet, generaliter *e e D. 146* domini & exercitores Navium ex facto Magistri conveniri possunt. Nam cum Magistris propter navigandi necessitatem contrahendum sit, æquum visum est eum teneri, qui Magistrum navi præposuit. *f* Non autem ex omni causa exercitor obligatur, sed *f Ead. l. s. 7.* ejus rei nomine cui Magister præpositus est; utpote si ad onus vehendum locatum sit, aut aliquas res utiles naviganti emerit; vel si quid reficiendæ navis causa impensum sit, vel si quid nautæ operarum nomine petant. Sed & si Magister pecuniam ad usum ejus rei in quam præpositus est, fuerit mutuatus, veluti ad armandam instruendamve navem, vel nautas exhibendos, exercitorem obligat: sed modum egressus non obligat, cum præpositio det certam legem contractentibus. Quod *g* si cum quolibet *g Ead. l. s. 2.* nantarum fuerit contractum, exercitor conveniendus non est, quantum ex delicto cujusvis eorum, qui navis navigandæ causa in navi sunt, tene-

tenetur. Quia alia est contrahendi; alia delinquendi causa. Siquidem qui Magistrum præponit, contrahi cum eo permittit, qui nautas adhibet, non contrahi cum iis permittit, sed hos dolo & culpa carere curare debet.

S E C T. X.

*De Iudicio Delicti circa rem
Nauticam.*

Iudicium delicti circa rem nauticam est in quo agitur ad Pœnam Delicto vel contra rem Nauticam, vel à Nantu commisso irrogandam.

Delictis circa rem nauticam commissis Judicia etiam Pœnalia constituta sunt: & primo in odium Piratarum præter alias pœnas, statutum est *a* ut eorum navigia cuivis diripere liceat. II. *b* Iis qui barbaris conficiendæ navis peritiam tradunt; capitale supplicium decernitur. III. Iis qui ex naufragio lucrum captant, *c* olim quadrupli pœna constituta est; deinde *d* transgressores Bonorum publicatione mulctantur. Et si res exegerit, eorum audacia juxta mandatum Imperatoris aliis modis compesci-

*a. C. 6. 2.
auth.*

Navigia.

*b. C. 9. 47.
25.*

*c. D. 47.
9. 1.*

*d. C. 6. 2.
auth. N.*

scitur. Ita & Antoninus de his qui præ- e D. 47
dam ex Rapina diripuissent, consul- 9. 4.
tus, rescripsit, explorandum, utrum
peritura collegerint, an quæ servari
possent, flagitiose invaserint? Et si gra-
vior præda vi appetita sit, liberos fu-
stibus cæsos in triennium relegandos,
sordidiores in opus publicum dandos:
quod si non magnæ pecuniæ rei fue-
rint, liberos fustibus, servos flagellis
cæsos dimittendos. Sed & refertur f Eod. l. 2. 5. 8
senatus consultum Claudianis tempo-
ribus factum, ut si quis ex naufragio
Clavos, vel unum ex his abstulerit, o-
mnium rerum nomine teneretur. I-
tem alio senatus-consulto cautum est,
eos quorum fraude aut consilio nau-
fragi suppressi per vim fuissent, ne na-
vi vel ibi periclitantibus opituletur,
pœnis legis Corneliæ, quæ de sicariis
lata est, afficiendos esse. IV. g Iis qui g C. 11
à Nautis aliquid injuste extorquent, 1. 1.
decem librarum auri mulcta propo-
nitur: h alias sancitum est ut qui in h Eod. l.
hujusmodi rapinis deprehensi fuerint, 5.
pœna Quadrupli teneantur. V. Ad
coercendum navigationis impedi-
menta, vel ea ex quibus navigandi
conditio deterior fit, Interdicta, i Ne i D. 43
quid 8.

- l. D. 43.** quid in loco publico, *l.* de Fluminibus; & *l.* Ne quid in flumine Riparum
l. 1. **D. 48.** ve ejus fiat; competunt. E quibus
l. 2. **D. 48** aliud *m.* Interdictum est prohibitorium, quod datur adversus eum, qui
l. 1. in Publico aliquid molitur, in hoc ut caveat non fieri: Aliud est *n.* Restitutorium, ut quod factum sit quo statio iterve Navigio deterior fiat, restituatur. Ita *o.* adversus eum qui molem in mare projecit, interdictum utile competit, ei, cui forte hæc res noceitura est. Sin autem nemo damnum sentit, tuendus est qui molem in mare jecit. Atque hujusmodi sunt Judicia & Pœnæ quæ ad reprimendum delicta contra navigationem comparantur. Deinde ad coërcendum etiam delicta Nautarum, Judicia & Pœnæ instituuntur. Ita *l.* Ei qui contra mandatum Principis navigat, pœna legis, vel pro Arbitrio Principis præstituta
D. 39. est. In quali casu quæsitum est, *p.* Cum *l. 1.* Cæsar Insulæ Cretæ Cotorias locaret, legem ita dixit, ut ne quis præter redemptorem, post Idus Martias, cotem ex Insula eximeret. Cujusdam vero Navis onusta cotibus ex portu Cretæ ante Idus Martias profecta, vento in
por-

portum relata est, & deinde iterum post Idus Martias profecta est. Unde quæsitum est, num contra legem post Idus Martias Cotes ex insula Creta exiisse viderentur? Et responsum est, eum qui ante Idus Martias profectus ex portu esset, & tempestate in Insulam relatus, si inde exiisset, non videri contra legem fecisse, quod jam initio cum *q* Navis ex portu profecta esset, cotes evectæ viderentur. II. Si res illicitæ in navem positæ sunt, navis Fisco vindicatur. Quod tamen in iudicio distinctionem admittit. Quia si dominus Navis aliquid illicite in navem, ipse vel vectores imposuerint, Navis quoque Fisco vindicatur; quod si absente domino, id à Magistro, vel gubernatore, aut Proreta, nautave aliquo factum est, ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, Navis autem domino restituitur. III. *r* Si Navicularius Fiscales species avertendo distraxerit; capitali pœna plectendus est. IV. *f* In eos qui Navis exercent, si quid à quoquo eorum quos ibi habebunt, factum sit, iudicium datur: *r* sive Furtum ope, consilio Exercitoris factum sit, sive eorum

q *Eod. l. 2.*
II. §. 2.

r *C. 116.*
9. 1.
f *D. 47.*
5. 1.

t *Eod. l.*

rum

rum alicujus qui in Navi navigandi causa esset; id est, Nautarum, & est

- u Ead. l.** in duplum actio. Et *u* est in potestate ejus cui res subrepta est, utrum velit cum exercitore, honorario jure, an cum Fure Jure Civili experiari. Atque hæc obtinent in factis Nautarum. **x** Vectorum vero in navi factum non præstatur. Atque huic Actioni affinis est **y** Actio Oneris Aversæ, quod in duplum intenditur contra Nautam, cujus in Nave Onus subreptum, interversum, vel alteri quam cui oportuit, traditum. Unde
- z D. 19. 2. 3 l.** quæsitum est, **z** cum in Navem Saufei plures frumentum confudissent, Saufeius uni ex his frumentum reddidit de communi, & deinde navis periit; Annon cæteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possunt? Et responsum est, rerum locatarum duo esse genera: Aut ut idem reddatur, sicut cum vestimenta fulloni curanda locantur. Aut ut aliud ejusdem generis reddatur; ut cum argentum fabro datur ut vasa fiant; & ex superiore causa Rem domini manere; ex posteriore, in creditum iri. Atque idem juris esse in deposito. Nam si quis

si quis pecuniam numeratam ita deposuit, ut neque clusam neque obfirmatam traderet, sed adnumeraret, nihil aliud eum debere apud quem deposita est, nisi tantundem pecuniæ solvere. Secundum quæ videri triticum factum Saufeii, & recte datum.

Quod si separatim tabulis, aut heronibus, sive faccis, aut in alia cupa clusum uniuscujusque triticum fuisset, ita ut internosci posset, quid cuiusque esset, non potuisse Saufeium permutationem facere, sed tum posse eum cuius triticum fuit, vindicare, & ideo non tenere Actionem oneris averfi. Et cum ita datum esset, ut in simili re solvi posset, conductorem culpam duntaxat debere, neque omnimodo culpam esse, quod uni ex frumento suum reddiderit; quoniam Alicui primum eum reddere necesse fuit, tametsi faceret conditionem ejus meliorem, quam cæterorum. V.

Si res alicujus culpa Nautæ periit, vel deterior facta sit, Actione a Locati conveniri potest, ex qua ad damnum & interesse teneatur. Unde quæsitum est, b cum Navicularius Onus Minturnas vehendum condu-

a Eod. l.
43.

b Eod. l.
13.

xisset, & ea Navis Flumen Minturnense subire non posset, unde in aliam navem merces transtulit, eaque navis in ostio fluminis periit; An teneatur primus Navicularius? Labeo respondit, si culpa careat, eum non teneri: Cæterum, si vel invito domino, vel quo non debuit tempore, aut si minus idoneæ navi imposuit, tunc ex locato agendum. ita *c* si Magister Navis sine Gubernatore Navem in flumen immisit, & tempestate orta temperare non potuerit, & Navem perdiderit, vectores habebunt adversus eum ex locato Actionem. Item

c Eod. l.
92.

d D. 14. *d* si ea conditione Navem quis conduxit, ut in ea merces ipsius portarentur, easque merces nauta nulla necessitate cogente in navem deteriore transtulit, in qua merces perierunt, habet ex locato Actionem. Paulus vero contrarium affirmat, si modo ea navigatione utraque navis periit, cum id sine dolo & culpa nautarum factum esset. Ita *e* cum quis columnam transportandam conduxit, si ea, dum tollitur aut portatur, aut reponitur, fracta sit, nauta id periculum præstat, si qua ipsius, eorumve quorum

e D. 19.
2. 25. 5.
2.

rum opera uteretur, culpa acciderit. Culpa autem abest, si omnia facta sint, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset. VI. *f* Denique si *f* *D. 9. 2.* navis alteram contra se venientem *29. 5. 4.* obruerit, vel quoquo modo læserit, Actio damni, injuriæ, vel legis Aquiliæ competit. Sed si tanta vis Navi facta sit quæ temperari non potuit, nulla in dominum danda est Actio. Sin autem culpa Nautarum id factum est, actio legis Aquiliæ sufficit. *g* *Ead. l.* Ita *g* cum navis alicujus in alienam *§. 2.* scapham impacta damnum dederit, quælitum est, quæ actio competeret? Et ait Proculus, si in potestate Nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum Nautis agendum. Sed si Fune rupto, aut cum à nullo Navis regetur, navis incurrisset, cum domino non agendum esse. Item Labeo scribit, cum vi ventorum navis impulsæ esset in funes Anchorarum alterius, & Nautæ funes præcidissent, si nullo alio modo nisi præcis Funicibus explicare se potuerint, nullam actionem dandam. Idemque Labeo & Proculus circa Retia Piscatorum, in

408 DE JURE NEGOTIAT.
in quæ navis inciderat, æstimarunt;
plane si culpa Nautarum id factum
esset, lege Aquilia agendum esse.

PARS SECUNDA.

SECT. I.

De Jure Negotiationis maritimæ.

Ius negotiationis maritimæ est quod nego-
tiationem maritimam tuetur: Mercat-
uram scilicet, quæ per mare, & Qua-
estum Piscatorium, qui in mari exercetur.

PRæter rem nauticam sive
navigationem, Jus mariti-
mum negotiationem etiam
maritimam respicit, cujus-
modi primum est commercium quod
per mare cum externis exercetur, &
quæ occasione ejusmodi commercii
admittuntur. Deinde quæstus pesca-
torius, qui ex captura piscium in ma-
ri, vel flumine, ad mare pertinente,
obvenire solet. Et hujusmodi nego-
tiationes, a cum maxime ad com-
modum publicum conducunt, nec si-
ne magno privatorum periculo ob-
eant.

2 D. 50.
§ 1. 2.

MARITIMÆ. PARS II. 409
 eantur, merito speciali etiam jure mu-
 niri placuit: quod ad statum & Do-
 minium negotiatorum, nec non ad
 Debitum, & Delictum circa negotia-
 tionem maritimam, extenditur.

S E C T. II.

De statu Negotiatorum.

*Status negotiatorum, est conditio eorum,
 qui negotiationi maritima præsumt, ut
 sub Principe, præses Provincia. Comes Com-
 merciorum, & qui negotiationem mari-
 timam exercent, ut Mercatores, & Li-
 scatores.*

AD statum negotiatorum quod
 attinet, alii sunt personæ publi-
 cæ, qui sub Imperatore constituti ne-
 gotiationi maritimæ cum authorita-
 te prospiciunt, ut *b* Præsidēs Provin-
 ciarum, & *c* Comites commercio-
 rum: alii personæ privatæ, ut merca-
 tores qui mercaturam maritimam
 profitentur, vel qui per mare transve-
 hendis mercibus operam impendunt,
 idque cum propria industria, cum au-
 xilio *d* institorum, qui ejusmodi ne-
 gotiationi præponuntur, & *e* servo-
 rum negotiatorum qui ad emendum

a D. 1. 18

1.

D. 14. 1.

18.

b C. 7. 52.

1.

c D. 14.

1. 3. 5.

d D. 32.

1. 65.

S.

vel

410 DE JURE NEGOTIAT.

- f D. 30. vel vendendum adhibentur. Item, f
 11. 6. Piscatores, qui ex piscatura lucrum
 captant, sub quibus etiam alii sunt,
 g D. 32. qui g piscationibus præficiuntur, alii
 1. 65. quorum opera & peritia in piscatione
 utuntur.

S E C T. III.

De Dominio Negotiatorum.

Dominium Negotiatorum, est jus quod Negotiatores habent in rebus quæ ad negotiandi commoditatem pertinent, ut mercatorum, in mercibus, pecuniis, & similibus; Piscatorum, in pradiis maritimis, & locis piscationi opportunis, navigiis, & instrumentis piscatoriis; quorum alia ut naufragio subjecta, ita si post naufragium extant, in Dominio manent.

- A**D Dominium mercatorum pertinent merces, & pecuniæ, quæ mari deferuntur. Et a generaliter quæcunque res in emptionem deducitur, merx appellatur; b specialiter vero mercis appellatio, ad res mobiles tantum pertinet, Species insigniores à Jure consulto in lege 16. D. de b Publicanis & vectigalibus, recensentur, sed & c Pecuniæ appellatio In genere ad ea omnia refertur quæ in patri-
- a D. 19.
 4. 1.
 b D. 50.
 16. 66.
 c Eod. l.
 178. &
 222.

trimonio consistunt; cum *d* vero in *dd. 30. 1*
 angustum refertur pecuniæ nomen, *30.*
 ea tantum continentur quæ pondere,
 numero, vel mensura constant; pro-
 priissime vero sumitur pro nummis
 vel pecunia signata. Deinde ad pis-
 candi commoditatē pertinent *e* Præ- *e D. 33.*
 dia maritima, sive oræ maritimæ. De *7. 27.*
 quibus à Leone Imperatore sancitum *f N. 57.*
 est, *f* ut unusquisque oras suas incon-
 cusso jure possideat, earumque Do- *g D. 47.*
 minus sit, nec minus juris in aliis lo- *10. 14.*
 cis piscationi opportunis, quandoque
 competat, utpote in lacu, qui est pri-
 vati Domini; *h* in fluminis publici *h D. 44.*
 diverticulo, quo quis pluribus annis *3. 7.*
 solus piscatus est. Sed *i* & in mari *i D. 47.*
 cujus proprium jus ad aliquem perti- *10. 14.*
 net. Eiusdem conditionis sunt *k* Re- *k Nov.*
 moræ piscatoriæ, *ἰσθαῖαι*, sive loca *Leon.*
 in mari in quibus retia confixis palis *104.*
 extenduntur. Præterea ad Piscatores
 pertinent *l* navigia Piscatoria, quæ & *l D. 49.*
 navicellæ dicuntur, & retia ut *m* e- *15. 2.*
 verriculum quod græce *σαγίτη* di- *m D. 47.*
 citur. *10. 13.*

Res negotiatorum hujusmodi mo-
 dis, etiam juris gentium, & civilis ac-
 quiruntur & amittuntur; præterquam

412 DE JURE NEGOTIAT.

quod earum pleræque non solum nau-
 fragio, sed etiam *n* jactus periculo
 qui quandoque in tempestate levandæ
 navis causa fieri solet, sint subjectæ; E-
 quibus etiam, si quid evadat, ad Do-
 minum pertinebit. Ita enim Impera-
 tor Fredericus statuit, *o* quod non so-
 lum navigia quocunque locorum per-
 venerint, si quo casu contingente ru-
 pta fuerint, sed etiam navigantium
 bona illis integra reserventur, ad quos
 spectabant, antequam hujusmodi pe-
 riculum incurrissent, sublata penitus
 omnium locorum consuetudine, quæ
 huic sanctioni adversatur. Unde si,
 cum Depressa navis aut dejecta esset,
 quod quisque ex ea suum servasset, ser-
 vare potuit, tanquam ex incendio. Et
q res jacta Domini manet; nec fit ap-
 prehendentis, quia *r* pro derelicto
 non habetur.

SECT. IV.

De Debito circa Negotiationem.

Debitum circa Negotiationem maritimam,
 est, quod Negotiatoribus debetur; utpote
 immunitates à jure indulta: & quæ ex
 conventionem sunt præstanda; veluti ratio-
 ne societatis; pars damni, ratione suscepti
 peri-

periculi damnum integrum; & similia: & quod Negotiatores præstare debent, ut vectigalia Portus; pecunia cujus quis se debitorem per literas cambij constituit, Contributiones occasione lactus, mercedes ob merces servatas; & similia. Item in questu Piscatorio quod ex communione, & quod ex emptione lactus resis debetur.

VT Naviculariis, ita & negotiatoribus quibusdam, Immunitates publice conceduntur. Ita & negotiatores qui annonam urbis adjurant, ut & mercatores olearii, qui magnam partem patrimonii ei rei contulerunt, à muneribus publicis immunitatem consequuntur. Ex contractibus etiam privatis, iis, prout aliis, debita constituuntur. Unde *b* qui ex sociis ad merces emendas profectus est, eos sumptus societati imputabit, qui in eam impensu sunt. Et *c* si quod damnum contigerit, commune esse debet, & alter sociorum partem dimidiam agnoscere tenetur. Sed & *d* si quis pro pretio convento alienæ rei periculum in se suscipiat, quod Assurationis sponsio vulgo dicitur, pactiorem valere, Pomponius ait, unde integrum periculum præstare debet.

a D. 50.

6. 5.

D. 50. 4. 1.

5.

b D. 17.

2. 52. 5.

15.

c Ead l.

§. 4.

d D. 20.

14. 7. 5.

15.

D. 17. 1.

39.

Atque hujusmodi sunt quæ negotiatoribus debentur. Negotiatores vero e D. 50. præstare debent, imprimis e vectigalia portus, quæ pro invehendis vel evehendis mercibus solvi consueverunt; 16. 17. f quæ ab omnibus, qui negotiationis seu transferendarum mercium jura habent, æqua ratione dependi debent. 4. 6. & 7. g Pro his vero rebus quæ provinciales, ad usum proprium, vel ad fiscum inferunt, nullum vectigal exigendum est. h Nec pro rebus quas in usus Proprios sibi advehendas Præsides mandant; quod si quid amplius quam mandatum est, transferatur, id municipium, id est muneribus obnoxium erit. Secundo, negotiatores, quasi ex speciali Debito, tenentur ad solutionem pecuniæ, cujus se Debitores per literas i Cambii, ut vulgo dicuntur, constituerunt. Nam k si negotiator in uno loco pecuniam recepit, & in alio solvere in se suscepit, præstare debet. Tertio Negotiatores ad contributionem jactus causa specialiter obligantur, namque l si levandæ navis causa, jactus mercium factus est, cavetur lege Rhodia, ut omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum

i Ale. 1.
Par. Erg.
c. 45.

k D. 13.
5. 5. &
26.

l D. 14.
2. 1.

datum est, cum *m* Æquissimum sit, *m* *Eod. l.*
 commune detrimentum fieri eorum, ^{2.}
 qui propter amissas res aliorum, con-
 sequuti sunt ut merces suas salvas ha-
 beant, unde *n* cum in eadem nave, ^{*n* *Eod. l.*}
 complures mercatores varia mercium
 genera coëgissent, & tempestate gra-
 vi necessario jactura facta esset, pla-
 cuit, omnes quorum interfuit Jactu-
 ram fieri, conferre oportere, quia id
 tributum ob servatas res deberent,
 itaque Dominum etiam navis pro
 portione obligatum esse, corporum
 vero liberorum æstimationem nullam
 fieri posse, sed vestimentorum cujus-
 que & annulorum æstimationem fieri
 oportere, & omnium aliorum, nisi si
 qua consumendi causa imposita fo-
 rent; quo in numero essent cibaria,
 eo magis, quod si ea defecerint, in na-
 vigationem quod quisque haberet,
 conferret. ^{*o* *Eod. l.*} Amissæ vero navis dam-
 num collationis consortio non sarcitur ^{5.}
 per eos qui merces suas naufragio
 liberaverunt, nam hujus legis æqui-
 tatem tunc admitti placuit, cum ja-
 ctus remedio cæteris in communi pe-
 riculo salva navi consultum est. Sed ^{*p* *Eod. l.*}
 nec, ^{2.} *p* si conservatis mercibus, dete- ^{2. §. 1.}

terior facta sit navis, aut si quid exarmaverit, facienda est collatio, quia dissimilis earum rerum causa sit, quæ navis gratia parentur, & earum pro quibus aliquis mercedem accepit. Nam si faber incudem, aut malleum fregerit, non imputatur ei, qui locavit opus; sed si voluntate vectorum, vel propter metum, id detrimentum factum sit, hoc ipsum sarciri oportet.

¶ Eod. l.
2. §. 4.

¶ In contributione vero, portio quæ pro æstimatione rerum quæ salvæ sunt, & quæ amissæ sunt, præstari solet, nec ad rem pertinet, si hæc quæ amissæ sunt, pluris vānire poterant, quoniam detrimenti, non lucri, sit præstatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum est, æstimatio haberi debet, non quanti emptæ sunt, sed quanti vānire possunt.

Denique negotiatores, ob res recuperatas Debitum præstare tenentur. Cujusmodi est τ *ἄπορπόν*, (ut Ulpianus appellat.) Præmium scilicet, quod Inventori, ob rem restitutam datur, & s̄ merces, quæ iis, quorum opera & industria res conservatæ sunt, (veluti urinatoribus, qui ex mari extraxerunt) constituitur.

At-

Atque hæc de Debitis circa negotiationem maritimam, quæ in mercibus comparandis & transvehendis exercetur; sed & ratione quæstus piscatorii, ex conventionē tacita & expressa, aliqua sunt præstanda. Ita vi specialis & constitutionis Imperatoriæ, inter eos qui remoras piscatorias conjunctas habent, societas quædam inducitur; in qua statutum, ut si duarum maritimarum portionum, altera major, altera vero minor sit, ad constituendas remoras piscatorias conjunctio fiat, & utriusque portionis Domini ex æquo inter se lucrum dividant. Conventio expressa, est, cum de jactu retis contrahitur. Nam & spei emptio est; & x propter incertitudinem alea emi dicitur. y Item cum quis piscatori erogatur in apparatum, aliquid dederit, ut si ceperit, reddat, quod periculi pretium est.

t Nov.

Leon.

103.

u D. 18.

4. 7.

y D. 22.

2. 5.

SECT. V.

De Delicto circa Negotiationem.

Delictum circa negotiationem maritimam est, quo negotiatio leditur: ut si qui licita Negotiatione prohibeatur; si vectigalia

S-5

inde

indebita exigantur, & similia: & quod à Negotiatoribus admittitur: ut si merces illicitas transferant; si ultra loca determinata negotiationem exercent; si vectigalia dolo subtrahant; si annonam publicam distrabant; si vitio suo aut dolo decoctores fiant: Item delictum, quod contra piscationem, vel à piscatoribus committitur.

IN Delictis, quæ circa negotiationem maritimam contingunt, primum consideranda sunt, quibus negotiatio læditur vel impeditur: ut si

a D. 1. quis *a* licita negotiatione prohibea-
 18. 6. §. tur; præterquam si nobilis fuerit.
 4. Nam *b* nobiliores & patrimonio di-
 b C. 4. 63. tiores, mercimonium exercere pro-
 3. hibendi sunt, ut inter plebeios emen-
 di vendendique facilius sit commer-
 cium. *c* Item si publicani, vel eo-
 c D. 39 rum familia à negotiatoribus aliquid
 4. 1. vi ademerint; si ab iis damnum inju-
 ria illatum vel furtum factum esse
 d D. 1. dicatur: si *d* à quovis ad extortas metu
 18. 6. §. 1. venditiones sine pretii numeratione
 compellantur. Et similia præter ea,
 quæ addamnum negotiatorum, à nau-
 tis admittuntur. Itidem à negotia-
 e *Ead.* 1. toribus delinquitur, primum, *e* si quis
 negotiationem prohibitam exercent,
 utpo-

utpote *f* si merces illicitas ad hostes f C. 12.
 vel barbaros deferat: cujusmodi sunt 45. 1.
 aurum, quod non solum barbaris mi-
 nime est præbendum, sed etiam *g* si g C. 4. 63.
 apud eos inventum fuerit, subtili in- 2.
 genio auferendum. Item *h* arma cu- h C. 4.
 juscunque generis: quippe statutum 41. 2.
 est, ne quis loricas, scuta, arcus, sagit-
 tas, gladios, vel alterius cujuscunque
 generis, arma hostibus audeat venun-
 dare: & ut nulla prorsus tela, nihil
 penitus ferri facti, vel infecti, ab ali-
 quo iisdem distrahatur. Sed & *k* Co- k D. 39.
 tem ferro subigendo necessariam ho- 4. 11.
 stibus vendere periculosum est. Item
l frumentum & sales, & vinum, & l l. Ead. &
 oleum, & liquamina ad barbaricum C. 4. 41.
 transferre, ne gustus quidem causa aut
 usus commerciorum licet. Secundo,
 à negotiatoribus delinquitur, *m* si ul- m C. 4.
 tra loca præstituta negotiatio exercea- 63. 4.
 tur. Nam mercatores tã imperio Ro-
 mano, quam Persarum Regi subjectos,
 ultra ea loca, de quibus fœderis tem-
 pore convenit, nundinas exercere, mi-
 nime permiffum, ne alieni regni, quod
 non oportet, scrutentur arcana. Ter-
 tio, *n* si annonam publicam distra- n C. 4. 41.
 hant, vel si frumentum reipub. usui 3.

comparatum, emant, vel vendant.

o D. 39. Quarto, à negotiatoribus o crimen
 4. 8. & fraudati vectigalis admittitur, cum
 14. merces apud curatores vectigalium
 p C. 10. non profitentur. Et denique p deco-
 31. 4. ctiores evadunt qui lapsi facultatibus
 dolo vel culpa non solvendo existunt.
 Atque hujusmodi, inter alia sunt deli-
 cta, circa negotiationem maritimam
 mercatoriam. Contra quæstum pesca-
 torium est delictum, q si quis alte-
 rum, ubi licitum est piscari, prohi-
 buerit; si quis piscatorum retia rupe-
 rit, vel inciderit, & similia. Et r à
 piscatoribus delinquitur, si vel tem-
 poribus, vel modis prohibitis, pesca-
 tionem exercere auli fuerint.

q D. -47.
 10. 13.
 r D. 9. 2.
 29. §. 3.

SECT. VI.

De Iudicio Negotiationis maritime.

*Iudicium Negotiationis maritime est, in
 quo de questione facti, vel iuris, circa
 negotiationem maritimam disceptatur,
 utpote circa statum vel Dominium nego-
 tiatorum: vel circa debitum vel delictum
 circa negotiationem.*

Iudicii maritimi pars altera est, in
 qua de negotiatione maritime con-
 tro-

trovertitur. Quæ, ut jure speciali fundata est, ita Judices proprios, qui scilicet negotiationi præsumunt, sortitur. Ita Imperator a periniquum (inquit) & a C. 3. 13. temerarium est, eos qui negotiationes exercere noscuntur, Judicum ad quos eorum negotiationum cura pertinet, Jurisdictionem declinare conari, unde b etiam statutum, negotiatoribus, nullam cujuslibet militiæ nec dignitatis prærogativam in hac parte suppetere, sed sine aliqua fori præscriptione his Judicibus tam in publicis, quam in privatis causis, obedire compellendos, ad quorum sollicitudinem negotiationis, quam exercent, gubernatio videtur respicere.

S E C T. VII.

De Iudicio status Negotiatorum.

Iudicium status Negotiatorum est, in quo quaeritur utrum, quis mercator, vel mercatoris institutor sit, necne? Item utrum quis Piscator sit, an servus Piscatoris?

QUandoque de statu negotiatorum disceptari contingit; utpote a an mercator habendus is sit, a D. 14. 4. 1. 5. 1. qui unicum actum mercaturæ exercuit?

cuit? & responsum est ex unico actu mercatorem non censerī nisi unicum actum præcederet professio, seu descriptio in albo, vel, ut vulgo, in matricula mercatorum. Item *b* an mercator habendus is sit, qui mercaturæ officium per se non exercet, sed institutorum opera ac servorum utitur? & quibusdam placuit, si nullo modo ipse negotium tractet, verius esse, mercatorem non esse: sed si ipse aliquando rationes excutiat, emitque & vendit, mercatorem esse, non negandum. Item *c* an is, qui in albo mercatorum descriptus est, & mercaturæ officium exercuit, sed nunc mercaturam exercere destitit, mercator dicendus sit? & quibusdam visum est, quod aut clarum est, quod mercaturæ officium deseruit, & dispositio quæ de mercatore loquitur, hunc non comprehendit, aut dubium est quia solitus est mercari, & tunc præsumitur durare, & animum non habuisse, nec habere, deserendi exercitium. Item de institute quæritur *d* an pupillus, fœmina, vel filia familias pro institute haberi possit? Et responsum est, quod parvi refert, quis

b *Alte. ad*
l. 207.
D. 50. 16

c *Bart.*
ad l. 3.
D. 50. 6.

d *D. 14.*
g. 7.

quis sit institor; masculus, vel fœmina, & quod pupillus, filia familias, vel ancilla, negotiationi præponi possit. Sed & de Piscatorum conditione, ex iisdem causis, ex quibus de mercatorum, dubium oriri & disputari potest; & e cum quæritum esset, *e D. 331*
 an servi Piscatores essent, qui in mi- 7. 270
 nisterio piscatoris fuerint? responsum est, servos, qui solebant in ministerio piscatoris esse, & ubicunque eum sequi, servos piscatoris non esse.

S E C T. VIII.

De Iudicio Domini Negotiatorum.

Iudicium Domini Negotiatorum est, in quo quaritur, de proprietate vel Iure in rebus ad mercatores, vel piscatores, pertinentibus, utpote de mercibus, maritimis prædiis, instrumentis Piscatoriis.

DE Proprietate vel Jure, in rebus ad negotiatores pertinentibus, ex omnibus causis actiones competunt, & controversi potest, ex quibus inter alias personas, de rerum dominio vel jure, disceptatur. De mercibus autem specialiter quæritur, *a DD. ad*
 an earum do- 1. 3. C. 22.
 minium ex signis probetur? Et placuit, 9.

cuit, præsumi merces illius esse, cujus est signum, mercesque ex signis indicari seu agnosci, non tamen ex signis plenam probationem induci. Item de

b D. 49. rebus mercatorum quæritur, *b* an
15. 6. quæ à prædonibus captæ, & redemptæ

sunt, prioris Domini maneat? & responsum est, quod à latrunculis exteræ gentis captum, & jure commercii venditum, & redemptum, in pristinam causam recidit, sed redemptori pretium est reddendum. Item, an res

c D. 47. quæ ex naufragio evasit, *c* ejus sit, qui
9. 12. diutino tempore possedit? & placuit

quod ex naufragio expulsus est, usucapi non posse, quoniam non est in derelicto, sed in deperdito. Similiter

d D. 41. *d* an res jactæ usucapi possint? & re-
2. 21. sponsum est quod non possint, quia

non potest id videri pro derelicto habitum, quod salutis causa interim dimissum est. Atque hujusmodi sunt Judicia maritima, de dominio rerum ad mercatores pertinentium. De re-

bus etiam ad quæstum piscatorium spectantibus agitur, ut cum de prædiis maritimis, vel de jure piscandi ante prædia controversatur, de quo secus

jure antiquo, secus jure posteriori, con-

sti-

stituitur. Ita enim quærit Ulpianus,
f Si quis aliquem ante ædes suas, vel *f D. 47.*
ante Prætorium, piscari prohibeat, *10.130.*
an injuriarum judicio teneatur? &
dubium facit, quia mare commune
est, & littora, sicut aër; & est sæpi-
sime rescriptum, non posse quem
piscari prohiberi: usurpatum tamen
agnoscit, tametsi nullo jure, ut quis
prohiberi possit ante ædes vel Præto-
rium alterius piscari, concludit ve-
ro, quod si quis prohibeatur, adhuc
injuriarum agere potest. Sed *g* Leoni *g N.*
Imperatori, Lex quæ maritimarum *Leon. 56.*
prædiorum jus tollit, non modo non
æqua, sed etiam absurda videbatur.
Unde sancivit quod si qui sine per-
missu domini, illorum emolumento
frui velint, hos propellere possit.
nam quemadmodum juris est, ut qui-
cunque domus dominus sit, is præ-
ter illius usum, vestibulum quoque
atque atrium possideat, ut ita etiam
in locis maritimis obtineat, & sicut
in terrenis locis præter voluntatem
Domini, ex alieno fructus percipere,
nemini conceditur, ita etiam in ma-
ritimis observari præcipit. Ita etiam
de Locis publicis piscationi opportu-
nis

nis, quæsitum est, an quis, in iis piscandi potestatem præscribere possit?

h D. 41.
3. 43.

in quo casu *h* Papinianus negat, quod quis eo quod in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure prohibere possit: sed Marcianus affirmat, quod si quis in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure prohibere possit. *i* Interpretes vero sic distinguunt, quod qui solitus est piscari in aliquo diverticulo, & desit, non potest prohibere; qui non desit, potest.

i ibid. Go-
rof.

k D. 47.
10. 14.

Eadem de causa dubitatum est, *k* an quis alium in mari piscari prohibere possit? & responsum est; si maris proprium jus ad aliquem pertineat, si prohibeatur, jus suum exercere, uti possidet is, interdictum ei competere, quoniam ad privatam jam causam, non ad publicam hæc res pertinet.

l N. Leon.
105.

Item *l* si contentio suscitetur, quod vicinæ remoræ piscatoriæ legitimo intervallo inter se non distent, constitutum est, quod reus, ubi legitime convictus fuerit, eo remoras transferat, quo loci spacium patietur, &c. Sed & de instrumentis pisc-

MARITIMÆ. PARS II. 427
 scatoriis quæsitum est, *m* an instru-
 mento piscatorio legato navicellæ
 contineantur? Et Aristo respondit,
 navicellas, quæ piscium capiendõ-
 rum causa comparatæ sunt, con-
 teneri.

SECT. IX.

De Iudicio Debiti circa Nego- tiationem.

*Iudicium Debiti circa Negotiationem est, in
 quo agitur de iis, qua negotiatoribus,
 Mercatoribus scilicet & Piscatoribus, præstari
 debent; & qua à Mercatoribus, & Pesca-
 toribus præstanda sunt.*

IN Iudiciis debiti circa Negotia-
 tionem, quæritur, primo de Im-
 munitatibus, *a* an is scilicet iis gau-
 dere debeat, qui modicam patrimo-
 nii partem pro utilitate publica in
 negotiatione impendit? & responsum
 est, iis, qui non maximam patrimo-
 nii partem in mercibus habent, im-
 munitatem auferendam esse. Præci-
 pue vero quæritur, de eo quod de-
 bitum est ex conventionem privata,
 ut de resarciendo damno, ratione so-
 cietatis inter mercatores. Ita *b* cum
 qui-

a D. 54
 6. 6. 85
 8.

b D. 176
 2. 5 2. 5e
 25.

quidam certam negotiationem coierunt, alter ex iis ad merces comparandas profectus, in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit, in quo casu Iulianus respondit, damnum esse commune, & socium partem dimidiam agnoscere debere. Unde & si naufragio quid periit, cum non aliæ merces, quam quæ navi solerent, advehantur, damnum ambo sentient. Nam sicuti lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa Socii contingit. Ita etiam de conventionem præstandi periculi quæritur, & an id damnum præstandum sit, quod cui culpa sua contingit? Et visum quod qui navigationis periculum in se suscipit, intelligitur periculum quod casu, non quod culpa domini contingit, in se suscipere. Atque hujusmodi sunt judicia de iis quæ mercatoribus debentur. De iis quæ mercatores debent; judicium instituitur primo, cum de jure vectigalis controvertitur. Ita cum lege censoria portuum Siciliae scriptum esset, servos, quos domum quis duceret suo usu, pro his portorium ne dato: quærebatur, si quis & Sici-

c D. 22.

2. 5.

C. Eod. l.

3.

d D. 50.

16.

203.

Sicilia servos Romam mitteret, fundi instruendi causa, utrum pro his portorium dare deberet? Et visum est duas de ea scriptura esse quaestiones. Primum, quid esset domum-ducere? Alterum, quid esset suo usu ducere? & quoad primum, cum quaeri possit, utrum ubi quisque habitaret, sive in provincia sive in Italia, an duntaxat in sua cujusque patria domus esse recte dicatur? De ea re constitutum est, eam domum unicuique debere existimari, ubi quisque sedet, & tabulas habet, suarumque rerum constitutionem facit. & quoad dubitationem quid esset usui? placuit, quod victus sui causa paratum est, tantum contineri, unde non servi qui agrorum colendorum causa haberentur, sed eos demum qui ad ejus corpus tuendum ejusque cultum, velut cubicularii, coci ministrantes, atque alii destinati essent, usus sui causa haberi existimarentur. Secundo, de debito quod per literas cambii, iudicium instituitur, cum quaeritur, an debitor alibi, quam ubi promisit, offerendo liberetur? Ita qui e Romæ e D. 456
mutuam pecuniam, puta trecentos 1. 122.

aureos, acceperat, solvendam in longinqua provincia, puta Ephesi, per menses tres, eamque ibi dari stipulanti spondisset, post paucos dies Romæ testato, id est, coram testibus, creditori dixit paratum se esse, Romæ, eam numerare, detracta ea summa, quam creditori suo, usurarum nomine, dederat; unde quæsitum est, cum integram summam ad quam stipulatione obligatus est, obtulerit, an eo loco, in quo solvenda promissa est, sua die integra peti possit? & responsum est, posse stipulatorem sua die, ibi, ubi solvendam stipulatus est, petere. Tertio contra negotiatores pro contributione agitur. Nam si laborante nave jactus factus est, amissarum mercium Domini ex locato, cum Magistro agere possunt, ut cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præstent: is deinde, cum reliquis, ex conducto, ut detrimentum proportionem communicetur. Hoc judicio, cum navis adversa tempestate depressa, deustis armamentis, & arbore, & antenna Hypponem delata est, ibique tumultuariis armamentis ad præ-

f D. 14.
2. 2.

g D. Eod.
l. 6.

præfens comparatis, Ostiam navigavit, & onus integrum pertulit. Quæsitum est, an hi quorum onus fuit, nautæ, pro damno, conferre deberent? Et responsum est, non debere. Hic enim sumptus, instruendæ navis magis quam conservandarum mercium gratia, factus est. Sed *h* si arbor, aut aliud navis instrumentum, communis periculi causa dejectum est, contributio debetur. Eodem iudicio, *i* Cum navis onustæ levandæ causa, quia intrare flumen aut portum non poterat cum onere, quædam merces in scapham trajectæ sunt, ne aut extra flumen periclitaretur navis, aut in ipso ostio, vel in portu, eaque scapha submersa est; quæsitum est, an ratio haberi debeat inter eos, qui in nave merces habent, cum his qui in scapha perdiderunt, perinde atque si jactura facta esset? Et Sabinus probat, quod ratio haberi debeat. Contra, si scapha cum parte mercium salva est, & navis periit, ratio non debet haberi eorum, qui in nave perdiderunt, quia nave salva jactus in tributum venit. Item, *k* cum navis quæ in tempestate, jactu mercium unius mercatoris levata est,

h Eod. l.
3. & 5.

i D. 14.
2. 4.

k Eod. l.
4. 5. 1.

in a-

in alio loco submersa est, & aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ sunt, data mercede; quælitum est, an ratio haberi debeat ejus, cujus merces in navigatione, levandæ navis causâ jactæ sunt, ab his qui postea sua, per urinatores, servaverunt? & rationem habendam Sabinus respondit. Eorum vero, qui ita servaverunt, invicem rationem haberi non debere, ab eo qui in navigatione jactum fecit, si quædam ex his mercibus per urinatores extractæ sunt. Eorum enim merces non possunt videri jactæ esse, causa servandæ navis, quæ periit. Item *l. cum jactus de navi factus est*, & alicujus res quæ in navi remanserunt, deteriores factæ sunt, dubitatum est, an is conferre cogendus sit, cujus res deteriores factæ sunt, quia non debet duplici damno onerari, & collationis, & quod res deteriores factæ sunt? Sed definitum est, hunc conferre debere pretio præsentium rerum. Itaque verbi gratia, si duorum merces vicenum fuerint, & aspergine alterius decem esse cœperint, ille cujus res integræ sunt, pro triginta conferet, hic pro decem. Sed & distinguen-

• *l. Ead. l.*
§. 2.

guendum videtur, ex qua causa deteriores factæ sunt, id est, utrum propter jacta nudatis rebus damnum sequutum est? quo casu collationis onus pati non debet, quia jactus etiam hunc læsit. An vero alia ex causa, veluti quod alicubi jacebant merces in angulo aliquo, & unda penetravit? Tunc enim conferre debet: *m* Sed *m* *Ead.l.*
 & distinctio subtiliter adhibenda est, utrum plus sit in damno, an in collatione? ut si hæ res, viginti fuerunt, & collatio facit decem, damnum autem duo, deducto hoc quod damnum passus est, reliquum conferre debet. Quid ergo si plus in damno erit quam in collatione? ut puta decem aureis res deteriores factæ sunt, duo autem collationes sunt indubitati, utrumque onus pati non debet. Sed & videtur quod ipsi conferri oporteat. Quid enim interest, jactatas res amiserit, an nudatas deteriores habere cœperit? nam sicut ei, qui perdiderit, subveniatur, ita & ei subveniri oportet, qui deteriores, propter jactum habere cœperit. Quin etiam, ad exemplum judicii contributionis, ratione jactus, *n* *n* *D.Eod.*
 quæsitum est, cum navis uni us merci- *l. 2. 5. 3.*
 T bus

bus à piratis redempta est, utrum omnes conferre debeant? Et placuit quod conferant; quod vero prædones abstulerunt, is perdit, cujus fuit. Quarto denique contra negotiatores pro conservatione mercium, judicio agitur, aut actione negotiorum gestorum, aut ex Locato ob mercedem. Atque hujusmodi sunt judicia, quæ instituantur contra mercatores, ratione debiti. Ratione debiti, occasione quæstus piscatorii, etiam agi contingit, cum alter prædiorum maritimorum dominus judicium intentat, ut septi remoratorii constituendi potestatem habeat, vel ut hujus potestatis consequendæ causa cum vicino communione jungatur, cum sancitum sit quod si dominorum alter communionem facere nolit, ad illam invitatus compellatur? Item cum circa jactum retis, vel pro pretio, vel pro rebus captis actio venditi aut empti intentatur. Nam *q* si piscator rete jactare nolit, incertum ejus rei æstimandum est, si quid extraxit piscium, reddere nolit, id æstimari debet quod extraxit.

O N.
Leon.
102. 104.
p D. 18.
1. 8.

q D. 19.
1. 12.

SECT. X.

De Iudicio Delicti circa Negotiationem.

Iudicium Delicti circa negotiationem est, in quo agitur ad pœnam Delicti, quod contra negotiationem maritimam, vel à Negotiatoribus, Mercatoribus scilicet, vel Piscatoribus, admittitur.

QUod superest ad cohibendum delicta circa negotiationem maritimam, etiam pœnalia iudicia constituta sunt. Et primum in delictis quibus negotiatio læditur. *a* Si quis alterum licita negotiatione uti prohibuerit, vel illicite quid exegerit, vel venditionis metu extorserit, implorato officio Præsidis, ejus arbitrio puniendus est. Deinde ad tuendam negotiationem à publicanorum injuriis, speciali jure constitutum est, *b* ut si publicani, vel eorum familia, à negotiatoribus aliquid vi ademerint, si id restitutum non erit, in duplum, aut si post annum agatur, in simplum, in dominum iudicium detur. Et *c* si quis velit cum publicano, non ex hoc edicto, sed ex generali, vi bonorum

*a D. 1.**18.6.6.4.**b D. 39.**4.1.**c Ead. 6.*

raptorum, vel furti manifesti, quorum pœna est quadruplum, agere potest. Est enim absurdum, meliorem publicanorum causam, quam cæterorum effectam opinari. Constitutione vero Imperatoria severius sancitum est, ut si provincialium querela de conductorum aviditate extiterit, & probatum fuerit, ultra antiquam consuetudinem, & Imperialis jussionis terminos, eos aliquid profligasse, reos tanti criminis perpetuo exilio puniendos. Item de delictis negotiatorum judicium instituitur. Primo contra negotiatores vel mercatores, in judicio quaritur, si merces illicita transferant. Et statutum, quod *e* si aurum ad barbaricum fuerit translatum à mercatoribus, non damnis, sed suppliciiis subjugentur. *f* Si quis aliquod armorum genus, quarumcunque nationum barbaris alienigenis vendiderit, bona ejus universa protinus fisco addicantur; & ipse capitalem pœnam subeat. Sed & *g* si quis cotem, ferrum, frumentum, vel sales hostibus venundederit, non sine periculo capitis facere liceat. Secundo, contra negotiatores in judicio proceditur,

h si

d. C. 4. 61.

4.

e. C. 4. 63.

2.

f. C. 4. 41.

2.

g. D. 39.

4. 11.

h si extra loca præfinita , emendi seu vendendi causa proficisci audeant, unde species comparatæ sacro ærario vindicandæ sunt, & contrahentes pœnis sempiternis subjiciendi. Exceptis his qui Legatorum Persarum , quolibet tempore ad Imperatoris clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis & Legationis intuitu , extra præfinita loca mercandi copia non negatur. Tertio, *i* mercatores publici canonis frumenta vendentes, vel ementes, capitali pœnæ subdendi sunt. Quarto, *k* si quis res in vectas, vel evchendas, apud publicanos professus non fuerit: quo in casu res in commissum cadunt, *l* nisi propter necessitatem adversæ tempestatis, onus expositum fuerit. Nam hoc non debere commissum vindicari, Divi fratres rescripserunt. *m* Sed & si quis apud publicanum professus fuerit, non tamen vectigal solverit publicano concedente, res in commissum non cadit, quia cum professiones recitantur, commissum cessat, quod poterat satisfieri fisco ex bonis publicanorum, vel fide-

h C. 4. 032

4.

i C. 4. 400

3.

k D. 394

4. 8. 80

14.

l Eod. 164

5. 124

- l. 1. Ed. l.* jussorum. Et *n* fraudati-vectigalis
 crimen, ad hæredem ejus, qui crimen
 contraxit, commissi ratione, trans-
 mittitur, quia quod commissum est,
 statim definit ejus esse, qui crimen
 contraxit, & ea propter commissi
 persecutio, sicut adversus quemlibet
 possessorem, ita & adversus hæredem
 competit: Postremo, *o* decoctores
70. 12. mercaturam ulterius exercere ferendi
 non sunt; cum nemo id rursus offi-
 cium gerere debeat, in quo ante de-
 coxit; *p* quin & in numero infamium
 habendi sunt, ut qui fraude, & dolo
 malo, suo nomine damnati, pactive
 sunt. Atque hujusmodi sunt judicia,
 quæ de delictis circa negotiationem
 mercatoriam instituuntur. In judicio
 etiam maritimo, quæritur de delictis
 contra quæstum piscatorium. Nam *q*
10. 13. 5. si quis aliquem in mari communi sci-
 licet, vel publico, prohibeat piscari,
 vel everriculum ducere, injuriarum
 agere potest: Et ita Pomponius, &
 plerique sentiunt, ut si quis aliquem
7. re sua uti non permittat, *r* conductori
 autem, qui jus piscandi publice con-
 duxit, interdictum datur, quo vis ei
 prohibenda est, quo minus condu-
 ctio-

Etione sua fruatur. Item, *f* si in retia *ſ*D. 9. 2.
 piscatorum navis inciderit, si culpa *29. 5. 3.*
 nautarum id factum sit. Aquilia agendum est. Sed ubi damni injuria agitur, ob retia, non piscium, qui ideo capti non sunt, æstimatio fieri debet, cum incertum fuerit, an caperentur. Denique, si piscatores contra leges vel statuta deliquerint, pœnis, Legibus aut statutis, impositis, vel arbitrio judicis, plectendi sunt.

F I N I S.





